27/1454

1 n c l 407

# P. Ouidii Naſonis Libri de triſtibus cum lucu lentiſſimis commentariis Reuerendiſſimi domini Bartholomei Merulae apoſtolici protonotarii ⁊ aliis additiōibus nouis nuper in lucē emiſſis aptiſſimiſq; figuris ornati: necnon caſtigatiſſima tabula que omnia vocabula: omneſq; hiſtorias: ⁊ queq; ſcitu digniſſima ſm̄ alphabeti ordinem diligentiſſime complectitur.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# BARTHOLOMEVS MERVLA GENEROSO, AC DOCTO ADVLESCENTI MARCO CLARISSIMI EQVITIS: SENATORIS AMPLISSIMI: AC REGINAE CYPRI FRATRIS GEORGII CORNELII FILIO: SALVTEM.

POETICAM facultatem q̃ primam quãdam philoſophiam fuiſſe legimus: ſunt qui hoc noſtro æuo tanquam rem exilem: aridam: cõſciſſam: minutam: & abiectam aſpernent̃ cenſeãtq; non modo non legendos poetas eſſe: ſed ne attingendos quidem: quum præſertim ad ſolutæ orationis huberius (ut dicitur) filum deducendum eos dicant nihil omnino nobis conducere: neq; aliud legentibus q̃ meram uoluptatem afferre. Quorum ſententiam falſam eſſe ſemper arbitrati ſumus. Poetica enim diſciplina ea complectitur quæ ad bellum pertinent: quæ ad conſuetudines bonorum inuicem & malorum priuatorum atq; opificum: necnon de deo atq; inferis elegãtiſſime tractat ut Plato nõ minus ſcite q̃ uere exiſtimauit. Ea nos ab ineũte ætate ad uiuẽdi rõnes adducit: ea mores: ea affectiões docet: ea etiam res gerendas cum iucunditate præcipit. Vnde non immerito ingenioſiſſimæ illæ græciæ ciuitates liberos proprios in ea erudiendos non nudæ uoluptatis: ſed caſtæ moderationis grati[illegible]mis præceptoribus tradiderunt. Summos quoq; oratores ueterum poemata uel ad fidem ca[illegible]: uel ad ornamentum eloquentiæ aſſumpſiſſe legimus. Nam præcipue quidem quum apud a[illegible]: tum apud Ciceronem uidemus Actii: Pacuuii: Lucilii: Terentii: Cecilii: & aliorum inſeri uerſus ſumma gratia & iucunditate. Adde ꝙ oratori a poetis in rebus ſpiritus: in uerbis ſublimitas: in affectibus motus omnis: & in perſonis decor petitur. Ideo Theophraſtus qui diuinitate loquendi nomen inuenit: [illegible]ine cauſa lectionem poetarum plurimum dixit oratori conferre. Et Marcus Cicero facundiæ litteraru[illegible]q; latinarum parens in eorum lectione requieſcere illum debere exiſtimauit. Quid Ennius? nonne ſanctos appellabat poetas? ꝙ quaſi deorum aliquo dono atq; munere cõmendati nobis eſſe uideantur. Maiores etiam ſolum poetam ipſum ſapiẽtem eſſe aſſeruerunt. Quum igitur eam facultatem: tam illuſtrem: tam clarã: tam commodam eſſe intelligerem: poetarum aliquem uiua (ut aiunt) uoce ſemper enarraui. Nam ex quo tempore a Clariſſimo Patre tuo præuius & dux excolendi ingenii datus ſum tibi ac Iacobo fratri excellẽtis ingenii aduleſcenti: ſumpſi ante omnia ex Platonis & Fabii ſententia parẽtis animum: curauiq; in primis ut honeſte ad diſciplinam proficiſceremini. Deinde ut pro uirili parte plurimum proficeretis in his ſtudiis noſtris: quæ (ut eſt apud Ciceronem) aduleſcentiam agunt: ſenectutem oblectant: ſecũdas res ornant: aduerſis perfugium ac ſolatium præbent: delectant domi: non impediunt foris: pernoctantur nobiſcum: peregrinantur: ruſticantur. Et quoniam noſtra opera ea eruditione ac doctrina polles: ut nunc in patauino gymnaſio Dialecticæ ſtudiis incumbas: nunc a nobis eloquentiam haurias: quo quum poſtmodum eam dignitatem aſſecutus fueris: ad quam propediem te peruenturum ſperamus: omnes non plus ornamenti ab ea te accepiſſe: q̃ eidem contuliſſe intelligant: non poſſum ſane non gaudere. Nam (ut eſt apud Senecam) hi qui educauerunt ingenia magnam uoluptatem capiunt ex eorum profectu. Tibi autẽ uehementer gratulor ꝙ recta ad uirtutem uia contendis: & quum clarus ſis ea quæ a græcis eugenia nuncupatur: clariorq; in dies ac nobilior uirtute ipſa: futurus es Corneliæ genti præſidio maximo atq; ſplendori. Perge igitur ut cœpiſti: & (ut facis) ad manſuetiores poetas ĩterdum redeas: ſed in præſentia ad Ouidium de Triſtibus: quod opus elegantiſſimum ſucciſiuis temporibus te hortante interprætati ſum⁹. Labores autem noſtros tuo nomini q̃ libentiſſime dicamus: ut Dialectices ſalebris & aſpectu horrido fatigatus: quemadmodum alii ad pilam ſe aut ad calculos aut ad teſſeras conferunt: ſic tu tanquam feriatus ad carmen poetæ legendum facilius accedas. Inuenies tu quidem opus uaria multiplicíq; refertũ doctrina: plenum affectibus & miſeratione. Quod autem ad nos attinet in enarrando & corrigendo carmine multum laborauimus. Verum ut mihi id non aſſumo: quod Ion apud Platonem: qui gloriatur ſe præclariſſima de Homero præ cæteris enarraturũ: ut neq; Metrodorus Lampſacenus: neq; Steſimbrotus Thaſius: neq; Glaucon: neq; aliquis unquam ueterũ tot tanq; præclara Homeri ſenſa quot ille exponere queat: ſic me in hoc poeta enarrando diligenti opera uſum affirmo: nihilq; pro uirili parte prætermiſiſſe: qđ ad eius ſenſum eliciendum pertineat. Leuicula quædam etiam attigi: ut & tua cauſa non ita ſubactis ingeniis prodeſſem. Accipies igitur interprætationes noſtras: intelligeſq; me tibi non modo uoce: ſed etiã ſcriptis prodeſſe uoluiſſe. Corneliæq; genti & Maximo patri tuo: cuius liberalitati plurimum debeo: nec non Generoſo Franciſco meo: cui ſuperioribus annis in Ouidium de arte amandi enarrationes dicaui: tibiq; in primis ob ingenii ſplendorem: doctrinam: ingenitam manſuetudinem: ſummamq; in me beniuolentiam: qua ſemper a teneris annis ad hoc uſq; tempus Merulam tuum tanquam alterum parentẽ proſecutus es: necnon Iacobo fratri mei & doctiſſimi cuiuſq; q̃ amantiſſimo: me ita addictum eſſe ĩtelliges: ut a uobis ne morte quidem ſeparari queam. Vale ſpes & præſidium meum: & in Ouidiũ de Põto enarrationes noſtras propediem expectato.

UNIVERSITY OF LONDON WARBURG INSTITUTE

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ☙BARTHOLOMEI MERVLAE IN PRIMVM OVIDII DE TRISTIBVS LIBRVM ENARRATIONES.

PARVE (nec inuideo) ſine me liber ibis in urbem. Per proſopopœiam exul & infœlix poeta li-
brum admonet: ut e ſcythia ad urbem profectúrus eo habitu accedat quo exules utuntur: má
datq; quid uelit reſponderi ſciſcitantibus q̄d ipſe agat: ſimulq; docet quomodo ſe excuſet ſi
forte carmina hæc minora uidebuntur eius in
genio. Poſtremo iubet ut palatium euitet: un-
de fulmen emiſſum in ſe fuiſſe commemorat.




## PVBLII OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER PRIMVS.

PArue (nec íuideo) ſi-
ne me libibis í urbé.
Hei mihi quod domi
no non licet íre tuo:
Vade ſed ícultus qua
lé decet exulís eſſe
Infœlix habitum tem
poris huius habe.
Nec te purpureo uel
lent uacinia ſucco.
Non eſt conueniens luctibus ílle color.
Nec títulus minio: nec cædro charta noteť:

Parue liber. Vel ſolam hanc elegiam uel cer
te totum opus de triſtibꝰ: aut (quod magis pla
cet) primum librum intellige: Dicitur autem li   **Liber**
ber a libris: ideſt corticibus arborum: in quibꝰ
ante uſum chartæ ſcribebatur: Docet. n. Ply-
nius primo palmarum foliis ſcriptitatũ: dein-
de quarundam arborum libris: poſtea publica
monumenta plumbeis uoluminibus: mox ét
priuata linteis confici cepta aut cæreis. Nec
inuideo: Hoc per parentheſim dictum. Sed in-
cultus ſed uade inornatus. Qualem decet
exulis eſſe. Exules enim præmœrere lugubri
ueſte citra ullum ornatum induuntur. Eſt aút
ordo: o íſœlix habe habitum huius temporis
talem qualem decet habitum exulis eſſe. Ha
bitum huius temporis: Cultum qualem meũ
hoc exilii tempus expoſcit. Nec te purpureo:
Nec purpureo amictu induaris. Vacinia: Va   **Vacinia**
cinia uiolas eſſe purpurei coloris Seruius, ſcri-
bit: quod etiam Maro deſignat eo uerſu. Alba
liguſtra cadunt uacinia nigra leguntť. Plynius
uero ſcribit fruticem eſſe in gallia purpureum
idoneum ad tingendum. Eius uerba hæc ſunt
Nõ niſi in aquoſis proueniunt ſalices. Alni po
puli. Siler. liguſtra teſſeris utiliſſima. Item uaci
nia in aucupiis ſata. Galliæ uero etiam purpu-
ra tingendi cauſa ad ſeruorũ ueſtes. De eo fru
tice intellexiſſe Ouidium in arte amãdi eo uer
ſu: Pallida purpureis tigat ſua corpora uirgis:
in ſecunda editione noſtrarum interp̃tationũ
docuimꝰ. Nec uellét te. Nec tegant te. Nõ
eſt conueniens luctibus. Non conuenit dolo-
ri: qui tú ueſtitu pullo: tum triſti aſpectu deſi
gnandus eſt. Ille color. Color ille purpureus.
Nec titulus minio. Minio enim librorum in   **Minium**
dices deſignantur. Scribit Plynius Minium in
uoluminum ſcriptura uſurpari: clarioreſq; lit
teras uel in auro: uel in marmore: uel ét í ſepul
chris facere. Id aút ab eodé inter pigmẽta numerať: reperiturq; in argétariis metallis: q̄d inuentũ a Gallia
Athenienſi anno urbis. ccxlix. initio ſperáte auꝝ poſſe ex coqui harena rubente in metallis argéti Theo-
phraſtus tradidit: Fuitq; apud romanos olí tátæ religionis: ut Iouis ſimulacri facié diebus feſtis illini ſoli-
tá: triũphantũq; corpora: ſicq; Camillũ triũphaſſe Plynius ſcribat: cuius tp̄ibus etiá addebať in unguenta
triũphalis cœnæ: & a céſoribꝰ in primis Iupiter miniádus locabať. Nec cædro charta noteť. Cædrus ar   **Cædrus**
bor eſt: quæ carié uetuſtatéq; nõ ſentit: nec rimá fiſſurâq; capit ſpõte: cuius arboris trabibus tectũ fuit té-
plũ Dianæ Epheſiæ: ut Plynius docet. Idé ét ſcribit picé liquidá in Europa e tæda coq nauali bꝰ munien-
dis multoſq; ad alios uſus. Lignũ eius cõciſum furnis undiq; igni extra circũdato ferro: ut primus ſudor   **Cædrium**
aquæ modo fluat in canali: hocq; in Syria Cædriũ uocati: cuius táta uis: ut in egypto corpora defũctoꝝ:
eo p̄fuſa ſeruenť. Et alibi ita ſcribit. Cædrus magna: quá cædrelaté uocant: dat picé: quæ cædria uocatur
dentiũ doloribus utiliſſimá. Frágit. n. eos: & extrahit: dolores ſedat: Cædri ſuccus ex ea q̃uo fieret diximꝰ   **Cædri ſuccus**
magni ad lumina uſus: ni capitis doloré inferret. Defuncta corpa cõſeruat: uiuétia corrũpit mira differé-
tia: quũ uitá auferat ſpirantibus: defunctiſq; pro uitá ſit: ueſtes quoq; corrũpit: & aíalia necat. Scribit etiá



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Candida nec nigra cornua fronte geras.
Nec fragili geminæ poliantur pumice frōtes:
Hirſutus paſſis ut uideare comis.
Fœlices ornent hæc inſtrumenta libellos
Fortunæ memorem te decet eſſe meæ
Neue liturarum pudeat: qui uiderit illas
De lachrymis factas ſentiat eſſe meis.
Vade liber: uerbiſq; meis loca grata ſal[illegible].
Contingam certe quolibet illa pede.
Si quis (ut in populo) noſtri non immemor: illi
Si quis qui quid agam forte requiret erit:
Viuere medicas: ſaluum tamen eſſe negabis.
Id quoq; quod uiuam munus habere dei.
Atq; ita te tacitus quærenti plura legendum
Ne quod opus non eſt forte loquare: caue:
Protinus admonitꝰ repetet mea crimia lector:
Et peragar populi publicus ore reus.
Tu caue defendas: quāuis mordebere dictis:
Cauſa patrocinio non bona maior erit.
Inuenies aliquem qui me ſuſpiret ademptum

Vitruuius lib.ii. Libros oleo cædrino unctos: nec tineas: nec cariē timere: qđ ēt Plynius docet ſcribēs. Cn. Terētiū ſcribā agrū ſuū in ianiculo repaſtinātē offēdiſſe arcā: in qua Numa q̄ Rōæ regnauit ſitus fuiſſet. In eadē ēt libros eius reptos e charta: duraſſeq; annos. d.xxxv. illæſos a tineis: ꝙ cædrati erant: q̄uis nō deſint q̄ nō cædratos ſed cæratos: legāt. De Cædro plura legito apud Theophraſtū libro tertio.

Libri oleo cædrino ungebant̄

Quod autē libri oleo cædrio ungerent̄ ēt docet Martialis eo uerſu. Nunq̄ grādia nec modeſta poſcit: q̄ cædro decorata: purpuraq; nigris pagina creuit umbilicis. Perſius. Et cædro digna locutus. Et Ouidius lib.iii. huius operis. Quod neq; ſum flauus cædro: nec pumice leuis: Erubui dn̄o cultior eē meo. Seruiꝰ etiā in enarratiōe eius uerſus: Quin ēt ueterū effigies ex ordine auoꝝ Antiqua ex cædro: ita ſcribit. Cædri lignū nō cōſumit̄ uetuſtate: & tineæ neſcit corruptionē qđ ex antiq̄tate nō ſentit: & cædria ꝑ uncta ligna cuſtodita cōſeruat.

Cādida cornua. Cornua appellat ſuꝑiorē & īferiorē chartæ partē. Frōtē uero ipſā paginā. Tibullus. Atq; inter geminas pingant̄ cornua frōtes. Nigra frōte. Frōtē nigrā appellat ſe exulē & in luctu eſſe deſignans. Geminæ frōtes. Paginæ partes utrinq; ꝓminētes.

Librorum ornamēta

Quō aūt libros ornarēt maiores. Docet Tibullꝰ his uerſibus. Lutea ſed niueū inuoluat mēbrana libellum. Pumicet & canas tōdeat añ comas. Summaq; ꝓ̄texat tenuis faſtigia chartæ Indicet ut nomē lr̄a facta tuū. Et Mart. Cædro nūc licet ābules pūctus. Et frōtis gemio decēs honore. Pictis luxurieris ūbilicis. Et te purpura đlicata uelet. Et cocco rubeat ſupbꝰ index. Fragili pūice. Pumicē fragilē appellat Ouidius. Catullus uero aridū.

Pumices

Erāt autē pumices in uſu poliēdorū libroꝝ gratia Martialis. Nōdū murice cultus aſperoq; morſu Pumicis aridi politus Artanum ꝓperas ſequi libelle. De his ita ſcribit Plynius libro trigeſimo ſexto. Sed & his pumices ſunt in uſu corpoꝝ leuigādoꝝ fœminis iā quidem & uiris atq; (ut ait Catullus) libris: Laudatiſſimi ſunt in Melo Scyro: & Aeoliis inſulis. Probatio in candore: & in minimo pondere: & ut q̄ maxime ſpongioſi aridiq; ſint ac teri faciles. Vnde Ouidius nō immerito fragilem appellauit. Vtiliſſima fiunt ex pumice dentifricia. Theophraſtus autor eſt potores in certamine bibendi præſumere farinam eius: ſed niſi uniuerſo potu impleantur periclitari: tantamq; refrigerandi naturam eſſe: ut muſta feruere deſinant pumice addito: Vt uideare hirſutus. Cauſam aſſignat cur nolit librum poliri pumice: ut ſcilicet uideatur incultus & impexus: ut decet exulis fortunam. Hæc inſtrumenta. Hæc ornamenta prædicta. Fœlices libellos. Fœlicium poemata. Fortunæ meæ: Mei exilii.

Lituræ
Lino

Liturarum. Macularum. Dicuntur autem lituræ a lino uerbo: quod proprie eſt aliquid leuiter induco: quaſi lineam duco: unde lituram dicimus eam: quæ ſuper inducto atramēto: aut alio liquore ſcripturam aliquā picturāue delet. Hinc etiam fit illino: relino: & oblino ut Priſcianus docet. Ouidius. Quaſcūque aſpicies lachrymæ fecere lituras. Contingam certe. Ordo eſt. Contingam certe illa loca eo pede quo licet. i. carmine meo quo ſolo modo poſſum Romam accedam. Vt in populo. Vt ſolet in magna multitudine aliquis eſſe non immemor. Dei. Auguſti Cæſaris uel Iouis. Atq; ita tu tacitus. Ordo eſt. Atq; ita tu Tacitus caue ne forte loquare opus eſſe legendum quod non eſt quærenti plura. Non deſunt qui ita legant. Atq; ita te Tacitus quærenti plura legendum. Ne quæ nō opus eſt forte loquare caue: ut ſit ordo. Atq; ita Tacitus caue loquare quærenti plura te legendum: ne forte loquare ea quæ non eſt opus loqui. Quod non eſt. Subaudi legendum. Innuit autem tres de arte amandi libros. Quærenti plura. Aliquo plura interrogante: uel loquare quærenti plura. Ouidius libro primo de arte amādi. Ne dubites illi uerba ſecunda loqui. Protinus admonitus. Rationem aſſignat: cur nolit de ſe legendo ullam mētionē fieri. Repetet. In memoriam reducet. Mea carmina. Meos libros amatorios. Legitur etiā mea crimīa: hoc eſt meas criminationes & cauſas ob quas me damnauit Auguſtus. Et peragat publicus reus. Et non tātum a Cæſare: ſed etiam ab omnibus condemnabor: & pœna alia afficiar a populo.

Agere reū
Peragere reum
Reus

Agere. n. reum: eſt reum accuſare. Ouidius libro ſecundo de arte amandi. Vicimus & falſi criminis acta rea eſt. Peragere uero reum: eſt reum cōdēnare. Reus uero (ut libro. ii. de oratore docet Cicero) eſt non is modo qui arguitur ſed omnes quorum de re diſceptatur: ſic enim olim loquebantur. Cauſa non bona. Cauſa iniqua.
Erit maior patrocinio. Plus poterit defenſione tua: quia quum ſit iniqua damnabitur.

Nec ſiccis

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶ Nec ſiccis genis. Manantibus lachrymis. econtra ſiccæ genæ dicuntur: quum ullæ profluũt lachrymæ. Martialis. Siccis ipſe genis flẽtes hortatur amicos. Lenito Cæſare. Placato Auguſto. Ablataq; principis ira. Verecunde poeta reditum precatur. Ingeniiq; minor. Et fortaſſe diceris minime reſpondere uiribus mei ingenii: ſed eẽ eo minor. Vt peragas mandata. Carmen excuſat poeta oſtẽdens ſe in luctu nõ poſſe optimos uerſus facere. Vt res. Vt cauſas: controuerſias. Rẽ aũt hic appellat Ouidius: quã Rhetores negocium noĩant. In cuius geſtione queritur Locus: Tempus: Modus: Occaſio: Facultates. In tempore [Occaſio]

Carmina nec ſiccis perleget iſta genis.
Et tacitus ſecum ne quis malus audiat optet:
Sit mea lenito cæſare pœna leuis:
Nos quoq; qſqs erit: ne ſit miſer ipſe p̄camur
Placatos miſero qui uolet eſſe deos.
Quæq; uolet rata ſint: ablataq; principis ira
Sedibus in patriis det mihi poſſe mori
Vt peragas mandata liber culpabere forſan:
Ingeniiq; minor laude ferere mei.
Iudicis officium eſt ut res: ita tempora rerum
Quærere: quæſito tempore tutus eris.
Carmina proueniunt animo deducta ſereno.
Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis
Carmina ſeceſſum ſcribentis & ocia quærũt:
Me mare: me uẽti: me fera iactat hyems:
Carminibus metus oĩs abeſt: ego p̄ditus enſẽ
Hæſurum iugulo iam puto iamq; meo.
Hæc quoq; quæ facio: iudex mirabit̃ æquus.
Scriptaq; cũ uenia qualiacunq; leget.
Da mihi mœoniden & tot circunſpice caſus.
Ingenium tantis excidet omne malis.
Deniq; ſecurus famæ liber ire memento.
Nec tibi ſit lecto diſplicuiſſe pudor.
Non ita ſe nobis præbet fortuna ſecundam:
Vt tibi ſit ratio laudis habenda tuæ.
Donec eram ſoſpes: tituli tangebar amore:
Quærendiq; mihi nominis ardor erat.
Carmina nunc ſimulo: ſtudiũq; qđ obfuit: odi
Sit ſatis ingenio ſit fuga parta meo.
I tamen & pro metu cui licet aſpice romam:
Dii facerent poſſes non meus eſſe liber.
Nec te quod uenias magnã peregrinus ĩ urbẽ
Ignotum populo poſſe uenire puta.
Vt titulo careas: ipſo noſcere colore:
Diſſimulare uelis te licet eſſe meum.
Clam tamen intrato: ne te mea carmina lædãt
Non ſunt ut quondam plena fauoris erant
Si quis erit qui te quod ſis meus: eſſe legendũ
Non putet: e gremio reiiciatq; ſuo.

autem conſideratur occaſio quæ eſt pars temporis habens in ſe alicuius rei idoneam faciẽdi aut non faciendi opportunitatem. Tutus eris: Carebis rep̄hẽſiõe. Deducta. Cõpoſita. Trãſlatio a lana q̃ ĩ tenuitatẽ deducit̃. Vergilius Deductũ dicere carmẽ. Aio ſereno. Hilari mẽte. Tp̄a noſtra. Tẽpora qb⁹ hæc ſcribim⁹. [Scribendi locus]

Sũt nubila. Sunt obſcura & iõ triſtia. Carmina ſeceſſum ſcribẽtis. De ſeceſſu & ſilentio ſcribẽtis idem præcipit etiam Fabius libro. x. his uerbis. Deniq; (ut eſt) potiſſimũ dicã: Secretũ quod dictãdo perit atq; libeꝝ arbitris locũ: q̃ altiſſimũ ſilẽtiũ ſcribẽtibus maxime conuenire nẽo dubitauerit. Et paulopoſt hæc ſubiũgit. Demoſthenes meli⁹: qui ſe in loco ex quo nihil p̄ſpici põt recõdebat: ne aliud agere mentem cogerent oculi. Ideoq; lucrubrantes ſilentiũ noctis: & clauſum cubiculũ: & lumen unũ uelut tectos maxime teneat. Et ocio. Et mẽtis quietẽ: uacationẽ a labore. Me fera iactat hiems. Erat. n. ĩ Scythica regiõe poeta quæ magnis frigoribus uexat̃. Carminibus met⁹ omnis abeſt. Carmĩa oĩ metu uacare debẽt. Sũt q legant adeſt: ut dicat ſe hoſtili metu detereri a ſcribendis carminibus. Ego p̄ditus enſem.

Ego ĩfœlix mihi ſemp̄ timeo mortẽ ĩminẽtẽ. Scythæ. n. aſſidue nos infeſtant. Cũ uenia. Mihi ignoſcẽdo. Mœonidẽ. Homeꝝ. Cur aũt mœonides dicat̃: abũde diximus in enarrationibus in Ouidiũ de arte amandi. Securus famæ. Sine cura cõparãdæ laudis. Nõ ita ſe prebet. Cauſam adducit: cur liber nõ debeat erubeſcere ſi diſplicuerit. Donec erã ſoſpes: Donec non eram affectus hac inſigni clade exilii.

Amore tituli. Amore indicis alicui⁹ mei operis. Quærẽdi noĩs. Cõparãdæ famæ. Carmina nunc ſimulo. Inſimulo nũc & accuſo ac criminor carmina: aut fingo hæc eẽ carmĩa quũ nõ ſint. q. d. nõ poſſum facere optima carmĩa: & tñ ea in lucẽ emitto tãquã bona. In aliis exẽplaribus ita legit̃. Carmina nũc ſi nõ ſtudiũq; quod obfuit odi: ut ſit ordo. Odi quod obfuit mihi ideſt ingenium: ſi non odi carmina & ſtudium. Studiumq; quod obfuit odi. Amatoriam artem deſignat: cuius cauſa relegatus fuit ab Auguſto. Sit ſatis ingenio. Satis ſit quod ingenii pœnas dedi: quaſi dicat: nolo amplius ingenii mei artem quæ ſemel nocuit exercere.

Dii facerent poſſes non meus eſſe liber. Dii concederent poſſes eſſe non meus liber. quia ſi artem poeticam neſcirem non eiectus fuiſſe in exilium. In quibuſdam exemplaribus (quod magis etiam placet) ita legitur. Dii facerent poſſem nunc meus eſſe liber. Vt titulo careas. Quamuis careas indice qui ſolet libris apponi. Ipſo colore. Nigro & lugubri habitu.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Inſpice dic titulum: nō ſum ꝓceptor amoris:
 Quas meruit pœnas: iā dedit illud opus.
Forſitā expectes an in alta palatia miſſum
 Scandere te iubeam cæſar eamqꝫ domum.
Ignoſcant auguſta mihi loca diiqꝫ locorum.
 Venit in hoc illa fulmen ab arce caput:
Eſſe quidem memini mitiſſima ſedibus illis
 Numina: ſed timeo qui nocuere deos.
Terretur minimo pennæ ſtridore columba
 Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis.
Non procul a ſtabulis audet diſcedere: ſi qua
 Excuſſa eſt auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum phaeton ſi uiueret: & quos
 Optauit ſtulte tangere nollet equos.
Me quoqꝫ quæ ſenſi fateor iouis arma timere
 Me reor infeſto quū tonat igne peti.
Quicūqꝫ argolica de claſſe capharea fugit:
 Semper ab euboicis uela retorquet aquis:
Et mea cymba ſemel uaſta percuſſa procella
 Illum quo læſa eſt horret adire locum
Ergo chare liber timida circūſpice mente:
 Et ſatis e media ſit tibi plebe legi:
Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis
 Icarus: icareas nomine fecit aquas.

¶ In alta palatia. Illic. n. habitauit Auguſtus Cæſar: unñ aūt dictū ſit palatiū diximus in enarratiōib⁹ i Oui
Auguſtū — diū de arte amādi. Ignoſcāt auguſta mihi. Dēt mihi ueniā loca illa q̄ habitat Auguſt⁹: Auguſtū aūt ſan
ctū & religioſū ſignificat. Ouidi⁹ in faſtis. Sācta uocāt auguſta p̄res: auguſta uocātur tēpla ſacerdotū rite
dicata manu. Et Tranquillus. Poſtea. C. Cæſaris: & deinde Auguſti cognomen aſſumpſit. Alterum teſta-
mento maioris auūculi. Alteꝝ Numacii Plāci ſnīa: quum qbuſdā cēſentibus Romulum appellatio por-
tere: quaſi & ipm cōditorē urbis ꝓualuiſſet: ut Auguſtus potius uocareť nō cum nouo: ſed ēt ampliore co
gnomine: ꝙ loca quoque religioſa & in quib⁹
augurato quid cōſecrať Auguſta dicantur ab
auctu: uel ab auium geſtu guſtu ue. ſicut etiā
Enni⁹ docet ſcribēs Auguſto augurio poſtq̄ i-
clyta cōdita rōa ē: Pōpei⁹ quoqꝫ ita ſcribit. Au
guſtus loc⁹ ſāct⁹ ab auiū geſtu. i. q ab auibus ſi
gnificatus ē ſic dictus. Siue ab auiū guſtatu: qa
Dii capitolini — aues paſtæ id ratū fecere. Diiqꝫ locoꝝ. Apolli
nē palatinū: Latonā: Dianā: Iouē optimū. Ma-
xi. Iunonē reginā. Mineruā: alios deos deaſqꝫ:
adde ēt Auguſtū ſi placet: q uiuēs dīnos meru
it honores. Fulmē. Ira Cæſaris. Ab illa arce.
A palatio colle. Eēqdē memi. Añā. n. Augu
Colūbæ — ſto grat⁹ fuerat poeta. Terreť minimo. Colū
bæ & agnæ exēplo dicit ſe eos timere a qb⁹ læ
diť. Minimo ſtridore pēnæ. Minimo alicui⁹
auis uolatu. Ariſtoteles lib. ix. aīaliū ſcribit Co
lūbas unūqdqꝫ accipitrū gen⁹ cognoſcere: atqꝫ
quū accipiter ꝓuolat: ſi ſublimipeta ē: manere
quo cōſtiterit loco. Sed ſi humipeta q ꝓuolat ē
Colūbarū oſcula — nō manere: ſed ꝯtinuo auolať. Idē ēt ſcribit eas
neqꝫ cōiugiū iā īde a p̄io ortu initū deſereť ni
ſi cælibes aut uiduas. Peculiaꝛ colūbis illđ ēt ē
ut i coitu niſi añ mutuo oſculēť: mas nō aſcen
dat: ſed iūior ſit an ſenior itereſt. Senior. n. coi-
tū oſculo exordiť: ſequēte & fine oſculo agit.
at iunior quoties libet coiť: toties oſculať. Vñ
Cn. Marti⁹ poeta colūbaꝝ oſcula elegāter ita
deſcribit. Sinuqꝫ amicā recipe frigidā caldo co
lūbatī labra cōſerēs labris. Et Oui. li. ii. de arte
amādi. Quæ mō pugnarūt iūgūt ſua roſtra co
lūbæ. Quaꝝ blanditias uerbaqꝫ murmur hēt.
Eſt excuſſa. Eſt agitata & læſa. Auidi lupi.
Lupi iſatiabilis. Ouidi⁹ i met. Sic agna lupū: ſic cerua leonē Hoſtes q̄qꝫ ſuos. Et lib. v. Vt fugere accipitrē
Phaetōtis fabulæ allegoria — pēna trepidāte colūbæ. Vt ſolet accipiter trepidas urgere colūbas Vitaret cœlū phaetō. Phaetō quoqꝫ ſi
uiueret cœlū uitaret: ne rurſus adiret mortis piculū. Tāgere nollet equos. Nollet ſolis p̄ris currū aſcēde
re. Quo nil aliud oñdiť: niſi is q principatū accipit atqꝫ eū dedecorat a quo munus id accepit nil aliud ef-
ficiēs in ſūma reꝝ ptāte: niſi ꝙ & p̄ntibus & futuris ſe intēperāte atqꝫ iprobū declarat phaetōtis fatū im-
plēs: q (ut in fabulis tradiť) ꝑpotētē & diuinū ſolis currū p̄ter ſortē cōſcēdit: quū idoneus auriga nō eēt.
Autor Dion de regno. Phaetō aūt ſine diphthōgo in principio ꝓferť: eaſdē. n. lr̄as ueris litteris enūciās li-
cet p cōplexionē. P. Varro ita ſcripſerit. Quū te flagrāti deiectū fulmie phætō. Fabius autor. Arma io-
uis. Auguſti irā. Infeſto igne. Infeſto fulmīe & ſupplicio. Quū tōat. Quū minať: quū iraſciť. Quicūqꝫ
argolica. Græci quoqꝫ qui ſemel tēpeſtatē euaſerūt apud montē Capharea ſemp loca illa deuitāt: quibus
Naupliūs Græcorū naufragiū — exēplis colligit ſe quoqꝫ loca unde fulmine ꝓſtratus eſt fugere ſtatuiſſe. Sane Nauplius Palamedis pater:
ut filii necē ulciſcereť: eleuata facula ſignū dedit ex Caphareo Euboiæ promōtorio græcis naufragio la-
borantibus: qui credētes ignes indicare portū tutiſſimū inter aſperrimos ſcopulos naufragiū fecere. Oui
di. de remedio amori. Argolicæ cuperēt fugiſſe capharea puppes. Teqꝫ ſenex luctus ignibus ulte tuos. So
Caphareus — linus ſcribit Caphareū ꝓmōtoriū ꝓminere in Helleſpōtū: ubi poſt ilii excidiū argiuā claſſem uel Miner-
Icarium mare — uæ ira: uel (quod certior ꝓdit hiſtoria) ſydus arcturi grauibus affecit caſibus. A media plebe. A medio-
cri turba. Dum petit infirmis. Dædali & Icari fabula nota eſt Ouidii: Diodori: & Seruii monumentis.
Icarias noīe fecit aquas. Oui. Icariū mare ab Icaro Dædali filio appellatū ſcribit: cui aſtipulatur Diodo
rus Scribēs poſt Dædalū fugiētē Icarū filiū: quū iſulā quandā peteret in mare decidiſſe: a quo & inſula di
Maris appellationes — cta eſt: & pelagus Icariū uocatū: Plynius & Solinus ab Icaro inſula mare noīatū ſcribūt. Illud ſciēdū Ma-
ria multis noīb⁹ appellari Aſiaticū & Phœnicū a ꝓuinciis dictū. Ab iſulis Carpatiū: Aegeū: Icariū: Balea
ricum:

ricum:Cyprium. A gentibus Auſonium:Delmaticum:Liguſticum:Tuſcum:Ab oppidis:Adriaticum: Argolicum:Corinthium : Cyrium . A caſibus hominum Myſticum : uel Helleſponticum . A memoria regis Ionium . A bouis autem tranſitu Boſphorus pontus appellatur. A moribus accolarum Euxinus: Axenus antea dictus . Ab ordine fluenti propontis. Oras autem extimas oceanus amplectitur:qua littoribus ſuis: Arabicus:Perſicus.Indicus : Eous : Syricus : Hyrcanus: Caſpius:Scythicus : Germanicus : Gallicus: Athlanticus : Lybicus : Aegyptius dicitur .

Difficile eſt tamen hic remis utaris.an aura.
Dicere.conſilium reſq;.locuſq; da bunt.
Si poteris tradi uacuo.ſi cuncta uidebis
Mitia.ſi uires fregerit ira ſuas.
Si quis erit qui te dubitātem & adire timētē
Tradat:& ante tamen pauca loquatur:adi:
Luce bona dominoq; tuo fœlicior ipſo
Peruenias illuc:& mala noſtra leues.
Nāq; ea uel nemo:uel qui mihi uulnera fecit
Solus achilleo tollere more poteſt.
Tantum ne noceas dum uis prodeſſe uideto.
Nam ſpes eſt animi noſtra timore minor:
Quæq; quieſcebat ne mota reſæuiat ira:
Et pœnu tu ſis altera cauſa caue.
Quū tamē i noſtrū fueris penetrale receptus
Contigeriſq; tuam ſcrinia noſtra domum.
Aſpicies illic poſitos ex ordine fratres:
Quos ſtudium cunctos euigilauit idem.
Cætera turba palam titulos oſtendit apertos:
Et ſua detecta nomine fronre gerit.
Tres procul obſcura latitantes parte uidebis
Hi quoq;: quod nemo neſcit amare docēt.
Hos tu uel fugias:uel ſi ſatis oris habebis
Oedipodas facito telegonaſq; uoces.
Deq; tribus moneo:ſi qua ē tibi cura parētis:
Ne quēquam:quis ipſe docebit:ames
Sūt quoq; mutatæ ter qnq; uolumina formæ
Nuper ab exequiis carmina rapta meis:

¶ Remis utaris:an aura. Tuo : an alieno auxilio:ul' odio:an furore: aut(quod magis placet) difficultate adeūdi imperatoris : an facilitate. Conſilium reſq; locuſq; dabunt. Conſiderabis diligēter rem: quam acturus es: quæ ſi tibi agēda uidebitur:bono animo perges ab imperatorem: conſiderabis etiam locum utrum ſit fauorabilis.an īfeſtus. Vacuo. Auguſto ocioſo:& mihi nō irato. Tradat. Det afferat Auguſto. Et ante tamen pauca loquatur. Ante tū paucis animum tibi Cæſaris ſignificet. Luce bona. Ordo eſt:peruenias:illuc luce bona: hoc eſt fœlici die & fœlicior ipo tuo domino. Leues. Vel amoueas īpetrādo reditū, Verg. Ego hoc te faſce leuabo. Vl' certe īminuas exiliū mitius petēdo ab Auguſto. More achilleo. Vt fecit Achilles qui Telephū repcuſſum ſanauit dicēte Ouidio in primo de Remedio amoris. Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hoſti Vulneris auxilium pelias haſta tulit : in quoq; uerſuum enarratione Telephi hiſtoriam abūde ſcripſimus. Nam ſpes eſt animo. Maior eſt timor:q̄ ſpes placandi Cæſaris. Vel magis timeo malum aliquo:q̄ ſperem Auguſtum leniri poſſe. Altera cauſa. Scđa cauſa:pria.n.cauſa fuit ex libris artis amatoriæ. In noſtrū penetrale. In noſtrū cubiculum. Cætera turba. Reliqua librorum copia . Hi quoq;. Hi tres de arte amandi libri etiam docent amare:quēadmodum cæteri libri : in quibus de amorib⁹ tractatur . Aut certe etiā docent amatoriā artē ut prius docuere. Quod nemo neſcit. Quod omnes ſciūt me compoſuiſſe: aut docere amare. Oedipodas. Parricidas. Oedipus enim pa- **Oedipodis**
trem occidit. quemadmodum libri quos ædi- **hiſtoria**
podas appellat patri Ouidio exilium pararūt: Sane Laius thebanorum rex ſumpta uxore Iocaſta Creontis filia:quum diutius caruiſſet liberis:oraculo conſulto an eſſet filios habiturus:reſponſum tulit non conducere ſibi prolem habere : Nā qui ex eo prodiret filius. patrem occiſurus eēt aduerſaq; fortuna domum funeſtaturus:poſt quod reſpōſum præcepit natum infanteq; traiectis primnm ferro pedibus exponi. Vnde & Oedipus cognominatus eſt. Sumptum puerum domeſtici quum non expoſuiſſent:cuidam ſeruili mulieri nomine Polibyæ tradidere. Quum iam uir factus eſſet:deum de infante expoſito conſulere ſtatuit Laius. Oedibus quoq; a quodam ſe fuiſſe expoſitum certior factus & ipſe pithiam qui ſui parentes forent oratum proficiſcebatur: Quum ambo apud phocidam inuicem obuiaſſent laiuſq; illum de uia cedere ſuperbius mandaſſet: Oedipus ira motus Laium occidit inſcius parentem eſſe. Autor Diodorus. Telegonaſq;. Vlyſſis mor- **Vlyſſis**
tem Homerus omiſit:Scribit tamen porphyrio eū perignorantiā interfectum fuiſſe a Telegono eius filio: **mors**
quem ex Circe ſuſceperat. Theopompus autem(autore interprete Lycophronis) tradit Vlyſſem offenſum domeſtica turpitudine rediiſſe ad Circen & a Telemacho fuiſſe necatum: Telemachum uero a Caſſiphone in ultionē matris:quo tempore natum affirmat Telegonum. Deq; tribus:De tribus libris de ar- **Telema-**
te amandi. Parentis. Patris Ouidii. Quāuis ipſe docebit. Quāuis aliquis ex tribus libris tradet aman- **chus**
di præcepta. Sunt quoq; mutatæ. Met. opus intelligit. Ab exequiis meis. A meo exilio quo conſternatus poeta non potuit tāto operi poſtremam manum imponere. Vnde ipſe alibi ita ſcribit. Quoq; magis faueas non ſunt hæc edita ab illo. Sed quaſi de domini funere rapta ſui.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶Inter mutata referri. Ordo eſt. Vultum meæ fortunæ poſſe referri iter corpora mutata hoc eſt me poſſe numerari inter cæteras eius operis tranſſformationes. Quæ ſubeunt. Quæ in mentem ueniunt. Orbis ultimus. Vltimum orbem appellat plagam: ubi exulabat: quoniá in extrema Septétrionis plaga erat. Terra remota. Appoſitio eſt nota figura. A mea terra. Ab urbe Roma uel a Sulmone patria.

¶In Secundam Elegiam Enarratio.

Dii maris & cœli. In Exiliú proficiſcens poeta iubente Auguſto, deṗhenſuſq; in medio mari fluctibuſq; pœne eú obruétib⁹: deos ṗcatur: ut ipſi ſalté cognoſcát: nec cú Cæſare eú funditus ṗdant. Probatq; multis exéplis poſſe eos id facere: Siqdé de aliquo aliquid infeſtáte: alii quoq; dii eidé opé tulere. Deſcribit deinde tépeſtatem: Tum deos ṗcat: ut ſe icolumé ad Tomitas ṗducát: quoꝶ ope demú dicit ſe agnoſcere uim maris ſæuiétis euaneſcere. Dii maris. Deos maris intelligit Neptunú. Glaucú. Tritones. Palæmona. Phorcú. quos in qnto æneidos libro elegáter Vergili⁹ deſcribit. Neptunú iõ mari impaſſe tradút. ſacraq; a nauigantibus facta: qm̃ (ut Diodorus ſcribit) ſecúdú cretéſes prim⁹ nauigádi arte inuéta claſſem iſtituit: eiuſq; ṗfectus eſt a Saturno factus. Addút ét eú primú equos domuiſſe artéq; eqtádi ab illo traditá. Ex quo Hippius ſit appellatus. Lactátius i prío diuinarú inſtitutionú ſcribit Neptúo Maritima oia cú iſulis obueniſſe: c⁹ rei Euēꝶ autoré eé ſcribit. Ratis quaſſatæ. Nauis tempeſtate concuſſe. Ne ſubſcribite. Ne ſignetis uos uelle ét me ṗſeq poſt Cæſaré. hoc eſt ne me obruatis ſequedo irá Cæſaris: quaſi eodé ſcripto uos ſubſcribétes cú Cæſare in me cõiuretis. Sæpe ṗmente deo. Docet deos in clade alicuius nõ ſemper eé concordes. Mulciber in troiá. Vulcanus erat cõtra troiáos. Totú auté hoc ſúptú eſt ex Homero ſcribéte i Iliade deos diuerſe affectos fuiſſe. Ná iuno: Pallas. Terræ motor Neptun⁹ ṗ qué utilis & ſapiétia ṗditus Mercurius: ṗterea uiribus ſupbiens & inualidus tibiis claudicans Vulcanus pro græcis: pro troianis aút bene armatus Mars. Intonſus Apollo: bellicoſa Diana: Flaua Latona & læta Venus ſtabant Mulciber aút (ut Macrobius docet) eſt Vulcanus q̃ ignis ſit & oía mulceat ac domet. Priſcian⁹ a Mulcédo & imbri cõpoſitú nomé exiſtimauit: Et quis Ceſſelius Mulciberis & Mulcibris ṗtulerit: meli⁹ tñ ſimplicis declinationé ſeqẽ Vulcanú ſcribit Diodorus. ferri. æris. auri. argenti: oíumq; q̃ igni fabricant: arté iueniſſe eaq; cæteros docuiſſe. Quapp haꝶ reꝶ opifices uota ſacraq; huic deo maxie faciétes igné i æterná memoriá ſuſcepti beneficii Vulcanú uocát. Pro Troia ſtabat apollo Homerus quú alibi: tú in qnto iliados ita oſtédit Apolliné fauiſſe troianis. Sed eoꝶ oculis Mauors caligie effuſa huc atq; illuc diſcurrebat adiuuás exhortáſq; Troianos: ut mádata Apollinis exeqre: q & ipſe ubiq; troianis aderat quú uideret iuicé Mineruá uerſari in bello ferété auxilia græcis. Aequa uenus teucris. Hoc quoq; oſtédit Homerus libro. v. iliados his ferme uerbis Ioué deos alloquété inducés. In hoc ſingulari certamine dii cœlites duæ deæ ſunt. q̃ Menelao ſtudét. Vna q̃ paridi. Illi qdé Iuno & Minerua: quæ (ut uidetis) nõ nihil a cœtu nřo ſemotæ ſedét. plenæ gaudii. ex iṗo rei geſtæ ſpectaculo. Hæc aút Venus quæ núc abeſt ſemp ſolicita ṗ paride: quéq; núc ab ipendéti mortis ṗiculo eripuit. Oderat æneá. Prælíú æneæ & Turni quoꝶ alteri Iuno fauebat: Alteri uero Venus notú é Vergilii carmie. Sæpe fœrox cautú. Neptunus iratus q̃ Vlyſſes prius palamedé nepoté inſonté occidiſſet. Deinde Polyphemú filiú occecaſſet: decé annos ṗ mare illú inſecut⁹ eſt: cui ſp affuit Pallas: Quod iõ finxit Homerus: qm̃ ille comité habuit prudétiá: quá poetico ritu Mineruam nuncupauit. qua comite omnia horrenda ſubiit omnia aduerſa ſuperauit. Quippe ea adiutrice: Cyclopis ſpecus introiit: ſed egreſſus eſt. Solis boues uidit & abſtinuit: Ad inferos demeauit & aſcédit: Eadé ſapientia comite Scyllá ṗternauigauit nec abreptus eſt. Carybdi cõſeptus eſt nec retentus. Circes poculum bibit: nec mutatus é. Ad lotophagos acceſſit nec remáſit: Sirenes uidit nec acceſſit. Patruo ſuo. Neptuno Iouis fre: cuius erat filia pallas. Et nobis aliqd. Ordo é. Et qs uetat aliqđ numé adeſſe nobis irato deo q̃uis diſtamus ab illis. Quáuis diſtam⁹ ab illis. Quáuis nõ ſú cõpád⁹ illis quos ańdixi. Deo irato. Cæſar irato.

*Margin notes:* Neptunus mari imperauit — Ars eqtádi — Hippius — Mulciber — Vulcani inuenta — Cur Vlyſſes errauit — Pallas ulyſſis comes

His mando dicas: inter mutata referri
Fortunæ uultum corpora poſſe meæ.
Náq; ea diſſimilis ſubito eſt effecta priori:
Flendaq; nunc: aliquo tempore læta fuit.
Plura qdem mádare tibi (ſi quæris) habebá
Sed uereor tardæ cauſa fuiſſe moræ.
Sed: ſi quæ ſubeút tecú liber omnia ferres
Sarcina laturo magna futuras eras.
Longa uia eſt: ṗpera: nobis habitabiť orbis
Vltimus a terra terra remota mea.

Dii maris & cœli (qd. n. niſi uota ſupſť
Soluere quaſſatæ ṗcite mébra ratis
Neue ṗcor magnæ ſubſcribite cæſa
Sæpe ṗméte đo fert de⁹ alter opé. (ris iræ.
Mulciber in troiá. pro troia ſtabat apollo:
Aequa uenus teucris: pallas iniqua fuit.
Oderat æneam propior ſaturnia turno:
Ille tamen ueneris numine tutus erat:
Sæpe ferox cautum petiit neptunus ulyxé:
Eripuit patruo ſæpe minerua ſuo.
Et nobis aliquid: q̃uis diſtamus ab illis:
Quis uetat irato numen adeſſe deo?

Verba non

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶ Verba non ꝓficientia. Quia tēpeſtas nō ceſſat. Terribiliſq; notus. Et auſter ſæuiſſimus: Auſter enim uētus a meridiolani plaga ſpirat græce Notus appellat᷑: qm̄ eſt nebuloſus atq; humectus: νοτισ eni græ ce humor nominatur ut Gellius docet. Ne cā lædar in una. Ne ſolo puniar exilio ſed pluribus modis. Mōtes uoluunt᷑ aquaꝝ. Sic & Maro inſeqt᷑ cumulo ꝑruptus aq̄ mons: uidet᷑ aūt totū hūc locū a Vergilio accepiſſe Ouidius. Iā iā tacturos ſydera. Sic Vergilius. Flutuſq; ad ſydera tollit. Quantæ diducto. Vergilius. Hi ſummo influctu pēdēt: his unda dehiſcens Terrā inter fluctibus aperit. Fluctibus hic tumidus. Hic pōt⁹ fluctib⁹ agitat᷑. Nubib⁹ ille minax. Ille aer iductis nubib⁹ minat᷑ pluuiā & tēpeſtatē. Inter utrūq;. Inter pontū & aerem.

Auſter

Verba miſer fruſtra non ꝓficientia perdo.
Ipſa graues ſpargunt ora loquētis aquæ.
Terribiliſq; notus iactat mea uerba ꝓceſq;.
Ad quos mittuntur non ſinit ire deos.
Ergo iidem uenti: ne cauſa lædar in una
Velaq; neſcio quo uotaque noſtra ferunt.
Me miſerum: quāti montes uoluunt᷑ aquaꝝ.
Iam iam tacturos ſydera ſumma putes.
Quantæ diducto ſubſidunt æquore ualles:
Iam iam tacturas tartara nigra putes.
Quodcūq; aſpicio nihil eſt niſi pōtus & aer:
Fluctibus hic tumidus: nubibus ille minax
Inter utrunq; fremūt immani murmure uēti.
Neſcit cui domino pareat unda maris.
Nam mō purpureo uires capit eurus ab ortu.
Nunc zephyrus ſero ueſpere miſſus adeſt:
Nunc gelidus ſicca boreas bacchāt᷑ ab arcto:
Nunc notus aduerſa prælia fronte gerit.
Rector i īcerto ē: nec quid fugiat ue petat ue
Inuenit: ambiguis ars ſtupet ipſa malis.
Scilicet occidimus: nec ſpes eſt ulla ſalutis.
Dumq; loquor: uultus obruit unda meos:

Immani turbine. Magna uētoꝝ uolubilitate: Alias turbo (ut Plynius docet) ē ꝓcella quæ erūpit maiore depreſſa nubis ſpecu: ſed min⁹ alte q̄ ꝓcella: nec ſine fragore turbinē uocat ꝓxima q̄q; ꝓſternētē: Seneca libro ultimo Naturaliū q̄ſtionū ita ſcribit. Turbo.n. circa terras cōcipit᷑ ac fert᷑: lōq; arbuſta radicitus uellit: & quacūq; icūbit ſolū nudat ſyluas iteri & tecta corripiēs iferior fere nubib⁹ utiq; nūq̄ altior: rapit᷑q; oī nube uelocior & in orbē uertit᷑. Sup iſta uelociter definit & ipſe ſe ſua ui rūpit. Apuleius de Mūdo ita ēt ſcribit. Turbo.n. dr̄ q̄ repētinis flabris ꝓſilit atq; uniuerſa perturbat. Turbo quoq; inſtr̄m eſt: qd̄ a pueris funiculo agitat᷑ & rotat᷑. Vergilius Ceu quōdā torto uolitās ſub uerbere turbo. Quē pueri magno in gyro uacua atria circū intēti ludo exercēt: ille actus habena curuatis fert᷑ ſpatiis: ſtupet iſcia turba Impubeſq; manus mirata uolubile buxū. Dāt aīos plagæ. Cui dn̄o. Cui ꝓcipuo ex illis q̄ttuor uētis: quos tot ēt Hōer⁹ cōmemorat. Euꝝ. ſ. Auſtrū Aglonē: & Fauoniū: De Vētis Seneca libro. vi. naturaliū q̄onū ita ſcribit. Quidā uētos. xii. faciūt. Quattuor.n. cœli partes i ternas diuidūt: & ſingulis uētis binos ſibi præfectos dāt: Hac arte Varro uir diliges illos ordinat: nec ſine cā. Nō.n. eodē ſp loco ſol oritur aut occidit: Sed ali⁹ ē ortus occaſuſq; æqnoctialis. Bis aūt eqnoctiū eſt. Alius ſolſtitialis: Alius hibernus. Qui ſurgit ab oriēte æquinoctiali. Subſolanus apud nos dicit᷑. Græci illū Apeliotē uocāt: Ab oriēte hiberno Eurus exit: quē noſtri uocauere Vulturnū: & Liuius hoc illū noīe appellat in illa pugna romanis paꝝ ꝓſpa: In qua Hannibal circa ſolē oriētē exercitū noſtrū & cōtra uētum cōſtituit: quum uēti adiutorio ac fulgoris ꝑſtringētis oculos hoſtiū uicit. Varro quoq; hoc nomē uſurpat: Sed & Eurus iā ciuitate donat⁹ eſt: & noſtro ſermoni nō tanq̄ alienus interuenit. Ab oriēte ſolſtitiali excitatum Cæciā græci appellāt: apud nos ſine nomine eſt: Aeqnoctialis occidens Fauoniū mittit: quē zephyꝝ eſſe dicēt tibi etiā q̄ græce neſciūt loq. A ſolſtitiali occidēte Chorus uenit: q̄ apud quoſdā argeſtes dr̄: Mihi nō uidet᷑: q̄a chori uiolēta uis eſt & in unā ꝑtē rapax Argēſtes fere mollis eſt: & tam eūtib⁹ cōis: q̄ redeuntibus. Ab occidente hiberno Africus furibūdus & ruens apud græcos libs dicitur. A ſeptētrionali latere ſummus eſt aqlo. Medi⁹ Septētrio inus Thraſeas. Huic deeſt apud nos uocabulum. A Meridiano axe Euronotus eſt: Deinde Notus: latine Auſter: Deinde Leuconotus: qui apud nos ſine nomine eſt: Si quis de uentis plura quærit: legat Plynium. Vitruuium ac Gelium. Eurus. Eurus dictus eſt απο τησ εωρεων ideſt ab oriente ſole fluens. Capit Vires: uiolentius ſpirat. Ab ortu purpureo: ab oriente rutilo. Zephyrus. Zephyrus ita a græcis appellatur: ꝙ ſatis uitam afferat. Latine Fauonius a fouendo dicitur. Sero ueſpere. Ab occidentali plaga. Gelidus boreas. Frigidus aqlo. Dicitur autem Boreas απο τησ βοησ ideſt boatu: quoniam ſit uiolenti flatus & ſonori: latine Aquilo dicitur a uehemētiſſimo uolatu inſtar Aqlæ: ut docet Pōpeius. Bacchatur. Sæuit. Ab arcto ſicca. A ſicco ſeptentrione: Venti enim a Septentrione & occidente flantes ſicciores ſunt q̄ a Meridie & oriente ut Plynius docet. Arctos autem (ut ſcribit Higynius) græce Vrſam ſignificat: in quam Caliſto lycaonis filia mutata in Septentrione locum optinuit. Aduerſa fronte. Eſt enim notus Boreæ oppoſitus: ſi quidem a Meridie flat. Rector. Nauis magiſter. Quid fugiat ue petat ue. Quem uentum uitet: aut locum petat.
Ars ipſa. Ipſa nauigandi peritia. Malis ambiguis. Mala ambigua appellat uentos illos aduerſos & inter ſe pugnantes propterea ꝙ nauis magiſtrum dubium reddunt quid agendum ſit.

Turbo
Vētorum deſcriptio
Aequinoctium bis
Subſolan⁹
Apeliores
Eurus
Vulturnus
Cæcias
Fauonius
Zephyrus
Chorus
Argeſtes
Africus
Libs
Aquilo
Septentrio
Thraſeas
Euronot⁹
Notus
Leuconotus
Boreas
Aquilo
Arctos

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶ Fruſtraq; pcãtes. Et ne q̃cq̃ deos orãtes: legit᷑ ẽt pcãti: ut ſit ore pcãti. Hoc unũ nr̃i mali. hoc ſolũ meũ exiliũ: nã me tẽpeſtate iactari neſcia eſt. Conſcendere mecum. Volebat enim uxor exilii poetæ comes eſſe. Bis patiẽda foret. Bis uiderer interire: ſi uxor mecum eẽt factura naufragium. Quam celeri micuerunt nubila flãma. Quã celeriter corruſcauit: quod fit quum flatus: aut uapor longiore nititur tractu. Ex eo. n. fiũt fulgetra. Quum uero in nube luctat᷑: tonitrua edunt᷑: quum erumpit ardens: fulmina ut eſt autor Plynius. Seneca lib. ii. naturalium quæſtionum ita ſcribit. Quid inter fulguratiõe & fulmen intereſt dicã. Fulguratio eſt late ignis explicitus. Fulm̃ eſt coactus ignis ĩpetu iactus.

Fulgetra
Tonitrua
Fulmina

Quantus fragor: Tonitrua intelligæ. Tabulæ lateꝝ. Tabulæ nauis: q̃ ſũt ĩ laterib⁹. Graue on⁹ baliſtæ: Grauia põdera & ſaxa q̃ uibrant᷑ a baliſtis. Eſt aũt baliſta (ut Marcellus ſcribit) tormẽtũ: quo ſaxa maiora & grauiora mittunt᷑.

Baliſta

Flauius Vopiſcus in Aureliani uita ita ſcribit. Nulla pars muri eſt: q̃ nõ binis ac ternis baliſtis occupata ſit. Ignes ẽt tormẽtis iaciunt᷑. Et Hircius in bello Hiſpaniẽſi: Simulq; baliſta inq̃t miſſa a nobis turrim deiecit: Ea aũt emittebat nõ mõ ſaxa: ſed ẽt haſtas. Silius libr. i. Adductis ſtridula neruis Phocais effũdit uaſtos baliſta molares. Atq; eadẽ ĩgẽtis mutato põdere teli Ferrarã excutiens ornum media agmina rũpit. Tẽditur aũt baliſta (autore Vegetio) funib⁹: neruis: chordiſq;: quæ quãto ꝓlixiora brachiola habuerit: hoc eſt q̃to maior fuerit: tanto lõgius emittit. Quæ ſi iuxta artẽ Mechanicã tẽpet᷑: & ab exercitatis hoĩbus: q menſurã eius ante collegerint: dirigat᷑: penetrat quodcũq; ꝑcuſſerit. Quibus uerbis patet baliſtã aliã fuiſſe: q̃ eã quæ nunc uulgo Bõbarda appellatur cõtra non nullorũ opinionẽ. De baliſtaꝝ ordine plura Vitruui⁹ libro ultimo de architectura.

Baliſta phocais

Baliſtã aũt Phoenices inuenere: ut Plynius docet. Quam ideo Silius phocaicam appellat: ꝙ in Narbonenſi prouincia phocenſes quondam fugati perſarũ aduẽtu Maſſiliam olympiade quadrageſima quinta condidere: ut docet Solinus. Poſterior nono eſt. Fluctum intelligit quem poetæ decimum ſiue decumanum appellant: qui maximus eſſe ſolet. Lucanus libro quinto. Hæc fatum decimus dictu mirabile fluctus inualida cum puppe leuat. Et Silius libro. xiiii. Non aliter rhodopes boreas a uertice præceps. Cum ſeſe immiſit: decimoq; uolumine pontum Expulit in terras.

Decumana fluctus

Vnde Decumanam etiam portam in caſtris maximã & ab hoſte auerſam appellat Liuius libro tertio ab urbe condita his uerbis. Interim in caſtris Furius conſul quum primo quietus obſidionem paſſus eſſet: in incautum hoſtem Decumana porta erupit.

Decumana porta

Genus eſt miſerabile læti. Graue enim (ut docet Homer⁹) perire naufragio: quia anima ignea eſt: & extingui uidetur in aqua elemento contrario. Eſt aliquid fatoq; ſuo. Ordo eſt. Eſt aliquid hominem cadentem: & ſuo fato: & ferro ponere corpus moriens in ſolita humo. q. d. non eſt tantopere dolendum: ſi quis aut ſua morte: aut ferro quod caſui attribuitur humi nõ in mari interit. Deſignat autem poeta duo ſcilicet Naturam & Fortunam.

Vita hũana trib⁹ cõtinetur
Anni ad uiuendum homini conceſſi

Sunt enim tria quib⁹ (ut Seruius docet) humana uita continetur: Natura ſcilicet Fatum: & Fortuna. Naturæ ultra. cxx. annos non eſt conceſſum: cuius rei cauſam aſſignat Lactãtius libro diuinarum inſtitutionum ſecundo cap. xiiii. Treuelli⁹ etiam pollio ſcribit doctiſſimos Mathematicorum centum. xx. annos homini ad uiuendum datos iudicare: neq; amplius cuiquam iactitare eſſe conceſſum: etiam illud addentes Moſen ſolum dei (ut iudæoꝝ libri loquuntur) familiarem. cxxv annos uixiſſe: qui quum quereretur ꝙ iuuenis interiret reſponſum ei ab incerto ferunt numine neminem plus eſt uicturum. Fato. lxxxx. anni hoc eſt tres Saturni curſus exitiũ creant: niſi forte aliarum ſtellarum benignitas etiam tertium eius ſuperet curſum. Fortuna: ideſt caſu: q ad omnia pertinet: quæ extrinſecus ſunt: ut ad ruinam: incẽdia naufragia: ferrum: uenena mors accidit.

Sua mors
Præter naturã: ꝑterq; fatum
Biothanata mors
Biothanati

Sic Cicero in philippicis: Multa inquit mihi imminere uidebantur præter naturam præterq; fatum: ideſt gladii Antonii ex caſu. Tranquillus etiam ſcribit percuſſorum Cæſaris neminem ſua morte defunctũ eſſe. Sua enim hominis mors eſt: quæ uiolenta non eſt: ſed aut natura: aut fato conſtat. Quæ uero fortuna mors eſt: dicitur eſſe præter naturam: præterq; fatum: & a græcis Biothanata appellatur: illi enim βιαν uiolentiam: & θανατον mortem uocant. Et Biothanati dicuntur qui uiolenta morte pereũt: quo uerbo ſæpe utitur: quum Seruius: tum etiam Lampridius. Naufragium igitur quod caſui tribuitur: damnat poeta: & ferri mortem illi præponit propter eam cauſam quam ſupradiximus.

Opprimet hanc aĩam fluctus: fruſtraq; pcãtes
Ore necaturas accipiemus aquas.
At pia nil aliud q̃ me dolet exule coniunx:
Hoc unum noſtri ſcitq; gemitq; mali.
Neſcit in immenſo iactari corpora ponto:
Neſcit agi uentis: neſcit adeſſe necem.
O bene qđ non ſum mecũ cõſcendere paſſus.
Nunc mihi mors miſero bis patiẽda foret.
At nunc ut pereã: quoniam caret illa periclo:
Dimidia certe parte ſuperſtes ero.
Hei mihi quã celeri micuerunt nubila flãma:
Quantus ab æthereo perſonat axe fragor
Nec leuius laterum tabulæ feriũtur ab undis:
Quam graue baliſtæ mœnia pulſat onus:
Qui uenit hic fluctus: fluctus ſupeminet oẽs
Poſterior nono eſt: undecimoq; prior:
Non lethum timeo: genus eſt miſerabile lethi
Demite naufragiũ: mors mihi munus erit.
Eſt aliquid fatoq; ſuo ferroq; cadentem

Ponere

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Boſphori appellatio

Cyaneæ Symplegades



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Heniochi

paulūq; deflexa acie coeuntiū ſpeciem præbebant. auctor Plynius. Iuuenalis. Nam citius Scyllā uel concurrentia ſaxa Cyanes De Cyaneis legito etiam Herodotū. Heniochoſq; ſinus. Heniochi fuere in ora maris Euxini in colchia regione montoſa: & importuoſa: quum eorū ora caucaſi pars ſit latrociniis maritimis uixere. Dicti autem ſunt ab Heniochis ideſt ab aurigis. Nā (ut ſcribit Strabo) Lacones Heniochiam tenuere. Quorum duces Rhecas & Amphiſtratus fuere Caſtoris & pollucis aurigæ. Vnde Heniochi (ut par eſt) ex his ſunt nominati. Lucanus. Me marte feroces Heniochi. Notandum autem hic Ouidium a cæteris diſſentire: qui ſtatim poſt thraciū boſphorum ponit ſinus Heniochos: quum Heniochi fuerint a dextra Euxini in colchica regione quaſi in extremo ipſius ponti. Ouidius uero ſiniſtrū tenuerit getici littoris: ubi ſūt ciuitates omnes quas nomiat: pter Heniochos: Quare magis legēdum uidetur Thynniacoſq; ſinus: q̄ Heniochos. Thynnias enim oppidum fuit i ora pōti ſiniſtra inter Dyaneas & Appolloniā: cui⁹ meminit Plynius Ptolemæus: ac etiā Pomponius. Thynniam etiam promontorium eodem in loco fuiſſe: idem meminere: a quo Thynniacos ſinus poetā ſcripſiſſe potius crediderim q̄ heniochos. Strabo ſcribit ex Appollonia ad Cyaneas inſula ſtadia ſūt. M. & . d. In eo autem iteruallo Thynnia Appolloniatarū ager. Eſt ptērea Tymnias promontorium de quo Propertius. Grata domus nymphis humida tymniacis. Per apollinis urbem. Appollōia urbs fuit Aſticæ regionis Anthium olim appellata ſita in littore getico: ut docet Plynius & Ptolemæus. Fuit & Appolloniatarū inſula citra Iſtrum. lxxx. milia paſſuum a Boſphoro Thracio: ex qua. M. Lucullus Capitolinum Apollinem aduexit. autor Plynius. Videtur tamen hic Ouidius nō eam urbem ſupradictam ſed iſulæ urbem deſignare per Apollinē: de qua ita ſcribit Strabo. Poſtea Apollonia a ſacro oſtio Iſtri ſtadiis. M. ccc. Mileſiorum colonia: cuius maior muri portio quadam in exilii cōdita inſula eſt. Vbi Apollinis ſacellum exiſtit: quo ex loco. M. Lucullus Coloſſum extulit & in capitolio collocauit. Fuit autem Apollinis ſtatua Calamidis opus. Sub anchiali mœnia. Anchiala ſeu Anchialos caſtellum fuit ab Apolloniatis conditum: quæ & Pollonia dicebatur. Fuit autem in ora getici littoris Getæ autem hi dicebantur: qui ad pontum in orientem uergunt. Daci uero qui in oppoſitum uerſus Germaniam & ad Iſtri fontes. Getas enim græci Thraces opinati ſunt: qui utrunq; iſtri latus incolebant. autor Strabo. Inde meſembriacos portus: Ab Anchialo inquit nauis mea in portum Meſembriacum perueniat. Meſembria enim Megarenſium fuit colonia: quam antea Menebram uocabant: ueluti Menopolis: ideſt Menæ ciuitas: eius enim ædificator Menas appellabatur. Brea uero ſermone Thracio ciuitas nominatur: ſicut & Selyos oppidum Selymbria dicta eſt autore Strabone. Et opeſon. Legendum eſt Odeſon. Nam Strabo: Pomponius: Plynius: Appianus: & Ptolemæus: ita appellant eam urbem Mileſiorum Coloniam. Dictas nomine bacche tuo. Dionyſiopolim dicit quæ urbs fuit in eadem ora crunos antea dicta a ſalientibus aquis: qui græce Cruni appellantur. Eam enim alluit Ziras amnis ut ſcribit Plynius.

Tynnias — Thynnias — Apollonia — Anchiala — Getæ — Daci — Meſembria — Odeſos — Dionyſiopolis — Crunos — Cruni

Et quos alcathoe. Calathim urbem uı̄ deſignare poeta: q̄ in littore getico ſita ante a (autore Plinio) uocabatᷓ Aceruetis. Strabo tn̄ eā Heracleſiū. Pōponi⁹ uero Mileſiorū nō Alcathoes Coloniā fuiſſe ſcribūt. Nā de Meſembria nō loqtur poeta: quā ſupius poſuit: nec de Calchedone: q̄ quāuis fuerit Megarenſium Colonia: ut docet Thucydides: ac ēt Strabo: tn̄ in ore pōti ſita ad Thraciū Boſphorum e regione Bizantii diuerſa fuit a poetæ curſu. Alcathoe autem (ut ſcribit Pauſanias) fuit arx Megarenſium ab Alcathoo Pelopis filio dicta: de qua in Ouidium de remedio amoris plura diximus. Ad urbem Miletida. Ad urbem Iſtropolim a Mileſiis conditam: ut Strabo & Plynius ſcribunt. Ea autem a ſacro Iſtri oſtio occurrebat ad ſtadia. d. Inde dextrorſum habenti littus fuit Tomos oppidulum alterum ad. cc. l. ſtadia: de quo hic magis placet intelligas q̄ de Itropoli. Nam eius exilii locus fuit Tomos non Iſtrepolis. Quod autem Tomo miſſa fuerit Mileſiorum colonia: docet etiam Plynius his uerbis. In ea parte urbes habet Iſtropolim: Mileſiorum Tomon: quamuis non deſint qui legant Iſtropolim Mileſiorum. Ego uero Tomon etiā Mileſiorum coloniam intelligi: ac legi poſſe affirmo: quod hic aperte docet Ouidius ut in nona tertii libri elegia etiam ſignificantius exprimit. Vos quoq; tyndaridæ. Quum argonautæ liberata Heſione e troia in colchon ad deſtinatum certamen nauigarent: magna tempeſtate coorta cæteris ſalutem deſperantibus ſolum Orphea tradunt religionis peritum uota pro ſalute Samothracibus feciſſe: ex temploq; tempeſtate ſedata: quum duo aſtra ſupra Pollucis & Caſtoris capita cecidiſſent. eo miraculo ſtupentes crediſſe deorum prouidentia ſe a periculis exemptos quo facto contigit: ut quos poſtmodū maris agitaret tēpeſtas Samothracibus uota pro ſalute facerent: aſtraq; apparentia ad Caſtorem Pollucē referrent autor Diodorus. Quibus uerbis patet in Samothracia Caſtorem & Pollucem coli ſolitos: quod etiā

Calathis — Calchedō — Alcathoe — Iſtropolis — Tomos — Caſtor & pollux i ſamothracia colebātur

Heniochoſq; ſinus: & ab his p apollinis urbē
Vecta ſub anchiali mœnia findat iter
Inde me ſebraicos portus: & odeſon & arces
Prætereat dictas nomine bacche tuo:
Et quos alchatoæ memorāt a mēibus ortos
Sedibus his profugos conſtituiſſe lares.
A quibus adueniat miletida ſoſpes ad urbē:
Offenſi quo me contulit ira dei.
Hæc ſi cōtigerit: meritæ cadet agna mineruæ
Non facit ad noſtras hoſtia maior opes:
Vos quoq; tīdaridæ: quos hæc colit iſula fra (tres
Mite pcor duplici numē adeſte rati

u idetur

uidetur Varro deſignaſſe. Neq; inquit(ut uulgus putat)hi Samothraces dii:qui Caſtor & Pollux. Altera. Nauis mihi comes. Symplegadas ire per altas. Per Cyaneas inſulas. Nauigabat enim aut in colchicã regionem:aut etiam ulterius ad paludẽ Mæotida nauis alterius magiſter. Sunt qui legãt per actas ſymplegadas:hoc eſt modico interuallo inter ſe diſtãtes. Altera nauis mea. Biſtonias aquas. Thraciæ partem illam intellige:quæ alluitur Euxino:hoc eſt geticum littus. Loca diuerſa. Ego enim littus ſiniſtrũ teneo:ille uero dextrum.

Altera nãq; parat ſymplegadas ire per altas:
Scindere biſtonias altera puppis aquas.
Vos facite ut uẽtos loca cũ diuerſa petamus
Illa ſuos habeat:nec minus iſta ſuos.
Ittera q̃cũq; ẽ toto tibi lecta libello.
Eſt mihi ſollicitæ tp̄e facta uiæ.
Aut hæc me gelido tremerẽ cũ mẽſe dcẽbri
Scribẽtẽ mediis adria uidit aq̃s
Aut poſtq̃ bimarẽ curſu ſupauimus iſthmon
Alteraq; eſt noſtræ ſumpta carina fugæ.
Q̃d facerẽ uerſus inter fera murmura ponti
Cycladas ægæas obſtupuiſſe puto.
Ipſe ego nũc miror tãtis animiq; mariſq;.
Fluctibus ingenium non cecidiſſe meum.
Seu ſtupor huic ſtudio:ſiue ẽ inſania nomẽ:
Omĩs ab hac cura mens releuata mea eſt.
Sæpe ego nĩboſis dubius iactabar ab hædis.
Sæpe minax ſteropis ſydere pontus erat
Fuſcabatq; diem cuſtos erimãthidos urſæ:

In Vndecimam Elegiam Enarratio.

Ittera quæcũq; eſt. Excuſat ſe Ouidius ſi q̃d forte in eius carmine ĩcultũ fuerit & minus elegãs:culpãq; huius rei omnẽ reiicit in tempeſtatẽ & fluctus:quibus ſtrepẽtib⁹ ſe hæc ſcripſiſſe narrat. Toto libello. Toto hoc primo triſtium libro. Viæ ſolicitæ. Viæ nõ quietæ. ſed ſolicitudinis plenæ. Adria:Mare adriaticum ita appellatũ ab Adria urbe illyrico mari ꝓxima : ut docet Iuſtinus libro.xx.idem ſcribit Liuius ab urbe condita libro q̃nto his uerbis. Tuſcorũ ante romanorum imperiũ late terra mariq; opes patuerunt. Mari ſupero inferoq; quibus Italia inſulæ modo cingitur:quantum potuerint nomina ſunt argumẽto:q alterum tuſcum cõmuni uocabulo gẽtis. Alterum Adriaticum mare ab Hadria tuſcorum colonia uocauere italicæ gẽtes. Græci eadem Tyrrhenum atq; Adriaticum uocãt. Plynius ſcribit ab Atria oppido hetruſcorũ Atriaticũ mare:quod poſtea Adriaticum dixere appellatum fuiſſe. De atria ita ſcribit Stephanus. Atria hetruſcorum a Diomede cõdita eſt. Aethra prio nomiata. Euſtathius refert Adriaticũ mare & ab oppido & a flumine appellatũ fuiſſe. Iſthmum bimarẽ. Peloponeſi Iſthmum qui alluitur mari ægæo & Ionio. Iſthmus autẽ dicit ea terræ anguſtia:quæ iter duo maria iter porrigit ad cherroneſum:ut dixim⁹. Eũ locũ ꝓfodere nauigabili alueo tẽtauere Demetrius rex: Dictator Cæſar. C. princeps. Domitius Nero infauſto(ut oĩum patuit exitu)icepto: autor Plyni⁹. Cycladas ægæas. Cyclades inſulæ ſũt ĩ mari ægæo quas.xii.tm̃ fuiſſe ſcribit Strabo. Dictæ aũt ſunt q circa Delũ in Cyclon ideſt in orbẽ ſitæ ſunt:ut Plynius ſcribit. Idẽ docet ẽt Solinus his uerbis Cycladas autumãt inde dictas q licet ſpatiis lõgiorib⁹ a Delo ꝓiectæ in urbẽ:tñ circa Delũ ſitæ ſũt:& Dionyſius. Quæ uero primã Aſiæ frõtẽ tenẽt:& circũſiſtũt Delon ab ea circuitione Cyclades a græcis ſunt appellatæ:ueꝝ oẽs Apollini dicatæ. Sacra illi & choros agunt nouo potiſſimum inſtante uere:atq; eo tunc quum incipit e montib⁹ luſcinia canere. Pomponius etiam docet Cycladas dictas q in orbem iacent κυκλοσ.enim orbem ſignificat. Quare falſum eſt quod de Cycladibus Seruius ſcribit in.iii.æneidos. Seu ſtupor. Seu quædã alienatio ſenſum. Huic ſtudio. Huic facultati. Senſus eſt. Seu ſtupor ſeu inſania quædã ineſt huic ſtudio poetico:quod homines ſtupidos & inſanos reddat:certe mens mea eſt alienata & ſtupet. Ab hædis nimboſis. Ab hædis nimbum & tempeſtatem inducentibus. Hædi oriuntur(autore Columella)quinto calẽdas octobres Fauonio flante nunq̃ Auſtro cum pluuia. hi autem in ortu & occaſu tempeſtatem pluuiamq; faciunt. Manlius. Hunc ſubeunt hædi claudentes ſydere pontum Nubibus & mundi nutrito rege capella.

Adriaticũ mare

Iſthmus bimaris.

Cyclades

Seruii error

Hædi nimboſi.

Sæpe minax ſteropis. Per ſydus Steropis Pleiades intelligit. Fuit autem Sterope una ex ſeptem pleiadibus quæ fuere filiæ Pleones & Atlantis. Oriuntur enim quarto nonas apriles. Ouidius in faſtis. Pleiades incipient humeros reuelare paternos. Quæ ſeptem dici ſex tamen eẽ ſolent. Columella ſcribit ſexto idus octobres Vergilias exoriri ueſpere Fauonio ſpirãte:& interdum Africo cum pluuia. Verũ.xiii.&.xii.calẽdas nouembris ſolis exortu occidere & tempeſtatem ſignificare. Hæ uergiliæ a noſtris appellantur:q in uere oriuntur. Cur autem ſex dicãtur quum ſeptem fuerint:& quomodo inter ſydera collocatæ ſint a Ioue Higynus & Ouidius in faſtis docent. De Hædis & pleiadibus plura diximus in enarrationibus noſtris in Ouidium de arte amandi. Cuſtos erymanthidos urſæ. Arctophylaca intelligit:in cuius zona eſt ſtella arcturus:cuius ortus & occaſus tempeſtates grauiſſimas facit. Vergilius. Præterea tam ſunt arcturi ſydera nobis Hædorumq; dies ſeruandi. De Arcturo ita ſcribit Cicero libro ſecũdo de Natura deorum in uerſibus Arati ab eo conuerſis. Arctophylax uulgo qui dicitur eſſe bootes. Quod quaſi temone adiunctã præ ſe quatit arcton. Huic etenim ſubter præcordia fixa uidetur Stella micãs radiis arcturus noĩe claro.

Sterope
Pleiades
Vergiliæ

Arctophylax
Arcturus

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Hyades Suculæ

Aut hyadas ſæuis. Tauri caput(autore Cicerone)conſperſum eſt ſtellis frequentibus: quas ſtellas græci hyadas uocitare conſueuerunt a pluẽdo υειν enim eſt puluere. Noſtri imperite Suculas quaſi a ſuibus: in cuius formatæ ſunt faciem non ab imbribus nominatas uolunt. De huius nominis origine plura Seruius ſuper eo uerſu. Arcturũ pluuiaſq; hyadas. Higynus ita eas appellatas refert ex muſæi ſententia ꝙ ex Atlãte & Hya oceani filia ſint quindecim filiæ procreatæ: quarum quinq; hyadas appellatas demonſtrat ꝙ earum Hyas fuerit frater a ſororibus plurimũ dilectus: qui quũ uenans a Leone eſſet interfectus q̃nq; lamẽtatõibus aſſiduis ꝓmotæ dicunt̃ interiiſſe

Aut hyadas ſæuis hauſerat auſter aquis.
Sæpe maris pars ĩtus erat: tamẽ ipſe tremẽti
Carmina ducebã qualiacunq; manu.
Nũc quoq; cõtenti ſtridẽt aquilone rudẽtes
Inq; modum tumuli concaua ſurgit aqua.
Ipſe gubernator tollens ad ſydera palmas
Expoſcit uotis immemor artis opem.
Q uocũq; aſpexi nihil eſt niſi mortis imago:
Q uã dubia timeo mẽte: timẽſq; ꝓcor:
Contingã portum: portu terrebor ab ipſo:
Plus habet infeſta terra timoris aqua.
Nã ſimul inſidiis hoĩum pelagiq; laboro.
Et faciũt geminos enſis & unda metus.
Ille meo uereor ne ſperet ſanguine ꝓdam.
Neu titulum noſtræ mortis habere uelit.
Barbara pars leua ẽ auidæ ſubſtructa rapinæ
Q uã cruor & cædes bellaq; ſemp habent
Cumq; ſit hibernis agitatũ fluctibus æquor:
Pectora ſunt ipſo turbidiora mari.
Q uo magis his debes ignoſcer̃ cãdide lector
Si ſpe ſint ut ſunt inferiora tua.
Nõ hæc ĩ noſtris ut quõdã ſcribimus hortis:
Nec cõſuete meũ lectule corpus habes:
Iactor in indomito brumali luce profundo.
Ipſq; ceruleis charte feritur aquis.
Improba pugnat hyems. ĩdignat̃ q; qd̃ auſim
Scribere ſe rigidas incutiente minas.
Vincat hyems hominẽ ſed eodem tpe quæſo
Ipſe modũ ſtatuam carminis: illa ſui.

Quare eas ꝙ plurimũ de eius morte laborarẽt Hyadas appellatas. Alii ꝙ hyadis & Boetiæ fuere filiæ. Pherecydes Atheniẽſis eas ſcribit Liberi fuiſſe nutrices nũero ſeptẽ: q̃ antea nymphæ Dodonides ſunt appellatæ: Harũ nomina ſunt hæc. Ambroſia. Eudora. Padile. Coronis. Poliſſo. Phyleto. Thyene. Hæ dicũt̃ a Licurgo fugatæ & præter Ambroſiã oẽs ad Thetym ꝓfugiſſe: quæ ad thebas liberũ perlatum Iunoni tradiderũt. Quã ob cauſam ab Ioue gratia eis eſt relata: ꝙ inter ſydera ſunt conſtitutæ. Scribit Columella Suculas. xii. Iunias exoriri & ſeptentrionales eſſe uentos: nõnũq̃ Auſtrum cum pluuia Seruius etiam ſcribit earũ ortus pluuias ĩducere. Hauſerat hyadas. Tenuerat hyadas. Vergilius. Mediũ ſol igneus orbẽ Hauſerat. Contenti rudẽtes. Funes nauis extenti. Cõtingam portum: Perueniam in portũ aliquem littoris thraciæ. Habet plus timoris. Quia thraces appellantes eorũ littoribus interficiunt. Nam ſimul inſidiis. Simul timeo maris ꝓcellas & thraciæ littoris inſidias. Ille meo uereor. Illum pro aliquo poſuit. Barbara pars leua eſt. Deſignat Thraciæ littus: quod põto alluit̃: quod ſcribit Strabo deſertũ eẽ: petroſum: importuoſum: ad aqlonis flamina late patens & apertũ: ad quod naufragio eiecti ab oppidanis ſpoliant̃ thracia gente ſuperhabitante: Idem alibi etiã docet mare Euxinũ nulli patuiſſe nauigationi & proinde Axenon ideſt inhoſpitalem pontũ appellari propter tẽpeſtuoſa & per hiemes ĩterclũſa loca & accolarũ immanitatem maxime Scytharum hoſpites immolare ſolitorũ: & humanis ueſcẽtium carnibus & pro pateris caluarias uſurpantium. Turbidiora. Inqetiora & magis æſtuoſa: ex quo deſignat mẽtẽ curis & timore inquietam nõ poſſe artis poeticæ ſtudiis uacare. In noſtris hortis. Scribebant quidã in hortis credẽtes aptiſſimã in hoc cœli libertatẽ locorumq; amœnitatem ſublimen animum & beatiorem ſpiritum parare: Qui quidem receſſus Fabii iudicio iucũdus magis q̃ ſtudiorum hortator uidetur eſſe. Nam ſiluarum amœnitas & præterlabentia flumina & inſpirantes ramis arborum auræ uolucrumq; cantus & ipſa late circunſpiciendi libertas ad ſe trahũt: ut remittere potius iſta uoluptas uideatur cogitationem q̃ intendere. Vnde legimus Demoſthenem recubuiſſe in loco ex quo nulla exaudiri uox: & ex quo nihil proſpici poſſet. Brumali luce. Hibernis diebus charta feritur undis. Charta aſpergitur maris fluctibus dum hæc ſcribo. Rigidas minas. Aſperas procellas. Vincat hiems hominem. Id eſt cogat me hiems a ſcribendi opera deſiſtere. Sed eodem tempore Hiemem præcor. ut pariter diſiſtamus. Modum carminis: Finem ſcribendi. Illa ſui. Illa hiems ſtatuat modum ſui: ideſt deſinat ſæuire.

Hyadum nomina

Littus geticum

Locus ſcribentis q̃lis

Bartholomei

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




# PVBLII OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER SECVNDVS.

QVid mihi uobiſcũ eſt infœlix cura libelli.
Ingenio perii qui miſer ipſe meo?
Cur mõ dãnatas repeto mea carmía muſas
An ſemel eſt pœnam cõmeruiſſe parum.
Carmína fecerunt ut me cognoſcere uellent.
Omine non fauſto fœmina: uirq; meo.
Carmína fecerunt ut me moreſq; notaret
Iam pridem inuiſa cæſar ab arte meos
Deme mihi ſtudiũ: uitæ quoq; crimina demes
Acceptum refero uerſibus eſſe nocens.
Hoc pretium uitæ uigilatorumq; laborum
Cepimus: ingenio eſt pœna reperta meo.
Si ſaperem: doctas odiſſem iure ſorores:
Numina cultori pernicioſa ſuo.
At nunc tanta meo comes eſt inſanía morbo:
Saxa memor refero rurſus ad icta pedẽ:
Scilicet ut uictus repetit gladiator harenam:
Et redit ĩ tumidas naufraga puppis aquas
Forſitan ut quondã teuthrantia regna tenẽti:
Sic mihi res eadẽ uulnus opemq; feret.
Muſaq; quæ mouit: motã quoq; leniet íram:
Exorant magnos carmina ſæpe deos.
Ipſe quoq; auſonias cæſar matreſq; nuruſq;
Carmina turrigeræ dicere iuſſit opi.

## BARTHOLOMEI MERVLAE IN SECVNDVM LIBRVM OVIDII DE TRISTIBVS ENARRATIONES.

OVID mihi uobiſcũ ẽ. Precat̃ Auguſtũ Ouidiꝰ: ut ſi nõ reditũ uelit: mitius tñ ac tutius exiliũ cõcedat: dicitq; ſe tẽtare ſi forte carmĩa q̃ illi aña nocuere: nũc poſſint ſalutẽ reddere quẽadmodũ Achillis haſta: q̃ Telephũ & uulnerauit & ſanauit. Lõgo igr̃ & artificioſo carmine cõat̃ Cæſarẽ placar̃ oñdẽs ſe multa de eo ſcripſiſſe. enũeratq; poetas alios q̃plurimos: q nũq̃ ulla clade an̄ecti ſũt: q̃uis mordacia aut turpia poemata ediderit. Quid mihi uobiſcũ ẽ. Apoſtrophe ẽ ad libellũ. Eſt ãt ordo O libelli appoſitiue cura ĩfœlix qd ẽ mihi uobiſcum. Ingenio meo. Nã pp p̃cepta artis amatoriæ ſũ ĩ exiliũ eiectus. Muſas mõ dãnatas. Carmina mea q̃ paulo añ Auguſtꝰ dãnauit. Eſt autẽ hoc quoq; p appõnẽ dictũ. Fœmĩa uirq;. Nã docui & uiros & fœmĩas amare ĩ libris de arte amãdi: qd̃ ipẽ lib. iii. de arte amãdi: ẽt docet eo uerſu. Arma dedi danais ĩ amazõas arma ſupſũt. Ab arte iuiſa. A p̃ceptis de arte amãdi illi odioſis. Deme mihi ſtudiũ. Adime mihi laſciuiã ſcriptoꝝ meoꝝ. Idẽ ẽt Martialis. Laſciua ẽ nob̃: pagĩa: uita pba ẽ: & Catullus. Nã caſtũ eẽ decet piũ poetã ipm: uerſiculos nihil neceſſe ẽ. Acceptũ refero uerſibꝰ. Fateor me a uerſibꝰ accepiſſe. Hoc p̃tiũ uitæ. Hoc p̃miũ uitæ ãteactæ: q. ſ. pœnã ĩgẽio repi. Saxa memor refero. Ordo ẽ. Ego mẽor rurſꝰ refero pedẽ ad ſaxa icta hoc ẽ ad ſaxa pede pcuſſa: aut certe icta p ictꝰ accipit̃. Forſitã ut quondã. Hiſtoriã Telephi diximꝰ ĩ enarratiõe eiꝰ uerſꝰ Ouidii de remedio amoris: Vulnꝰ achilleo q̃ quõdã fecerat hoſti Vulneris auxiliũ pelias haſta tulit: & Diodorus li. v. eã refert. Teuthrãtia regna. Myſiæ regna q̃ tẽuit rex Teuthrãtꝰ: q uirili ſtirpe carens Argiopẽ filiã Telepho deſpõdit: eũq; reliqt regni ſucceſſorẽ. Mouit irã. Iraſci fecit Auguſtũ. Carmĩa tur. Opẽ turrigerã eã eẽ qdã exiſtimãt quã bonã deã appellabãt. Nã illã Faunã opẽ & fatuã noiatã fuiſſe libris põtificũ ſcribit Macro. Sunt ẽt q dicant hãc deã potẽtiã hr̃e Iunonis. Eãdẽ alii pſerpinã. Alii Semelẽ crediderũt. Magis placet d̃ ope Saturni cõiuge ĩtelligas de qua ita ſcribit Macrobius. Opẽ Saturni cõiugẽ crediderũt: & iõ eodẽ mẽſe Saturnalia & Opalia celebrari conſueuerũt: q Saturnus eiuſq; uxor tãfrugum q̃ fructuũ reptores eẽ credant̃. Itaq; oĩ iã fœtu agroꝝ coacto ab hoĩbus hos deos coli q̃ſi uitæ cultioris autores: quos etiã nonnullis cœlũ & terrã eẽ pſuaſũ ẽ. Saturnũq; a ſatu dictũ. cuius cã de cœlo eſt & terrã opẽ: cuius ope humanæ uitæ alimenta q̃rũtur: uel ab ope: p qd̃ fructus frugeſq; naſcuntur. Huic deæ ſedẽtes uota concipiunt. Terramq; de induſtria tan-

bona dea

Ops ſaturni coniunx

Opalia

Saturnus

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

gunt demōſtrātes ipſam mrem terrā eē mortalibus appetēdā:Philochorus Saturno & Opi primū in atti
cā ſtatuiſſe arā Cecropē dicit:& eos pro Ioue terraq; coluiſſe:īſtituiſſeq; ut pres familiaꝝ & frugib⁹ & fru
ctibus iā coactis paſſim cū ſeruis ueſcerent:cū qb⁹ patiētiā laboris ī colēdo rure tolerauerāt.Delectari.n.
deū honore ſeruoꝝ cōtēplatu laboris.Hui⁹ deæ ædes fuit ī capitolio ut ſcribit Liuius de bello Macedo
nico libro.ix.Huic aūt deæ ſacrificari & carmina cātari iuſſiſſe Auguſtū crediderim:ut dea redderet mor
talibus uitæ alimēta:ſub eo.n.famē ſitimq; in italia fuiſſe Plynius eſt autor. Opi turrigeræ.Opi coronā

Ops turrigera.

Iuſſerat & phœbo dici:quo tēpore ludos
Fecit quos ætas aſpicit una ſemel
His precor exemplis tua tūc mitiſſime cæſar
Fiat ab ingenio mollior ira meo.
Illa quidem iuſta ē:nec me meruiſſe negabo:
Non adeo noſtro fugit ab ore pudor.
Sed niſi peccaſſem tu quid concedere poſſes?
Materiā ueniæ ſors tibi noſtra dedit:
Si quoties peccent hoies:ſua fulmina mittat
Iuppiter:exiguo tempore inermis erit.
Nūc ubi detonuit:ſtrepituq; exterruit orbē:
Purum diſcuſſis aera reddit aquis:
Iure igitur genitorq; deum rectorq; uocatur
Iure capax mundus nil ioue maius habet.
Tu quoq; cum patriæ rector dicare paterq;.

turritā gerēti:ea.n.ē terra ut dixim⁹:cui ſuppo
ſitæ ſūt ciuitates:qs īſignitas turrib⁹ cōſtat:ut
etiā Seruius ſcribit.Potes ēt accipere carmina
hæc a matronis Auguſti iuſſu cātata fuiſſe lu
dis Megaleſiacis:quos ī palatio añ tēplū ī ipſo
mris magnæ cōſpectu Magalēſibus fieri:cele
bratiq; uoluerūt:q fuerit mor īſtitutiſq; maxie
caſti:ſolēnes:religioſiq;:ut Ci.docet ī orone de
haruſpicū reſponſis.Supior ſnīa magis placet.

Sæculares ludi
Sæculum

Iuſſerat & phœbo dici.Sæculares ludos deſi
gnat:q fiebāt poſt cētū annos: qa ſæculum in
centū annos extēdi exiſtimabāt: ut ſcribit Pō
peius.Ceſorin⁹ ſcribit Sæculū eſſe ſpatiū uitæ
hūanæ lōgiſſimū partu & morte diffinitū.Idē
paulupoſt ita ſcribit. Romanorum aūt ſæcu
la qdā ludis ſæcularib⁹ putāt diſtingui:cui⁹ rei
fides ſi certa eſt modus rōani ſæculi eſt icert⁹.
Tēpoꝝ.n.iteruallaq: qb⁹ ludi iſti debēt referri:
nō mō quāta fuerit retro ignorat: ſed ne qdē
quāta eē debeāt ſcit.Nā ita inſtitutū eē: ut cen
teſimo quoq; anno fieret:id tū Antias aliiq; hi
ſtorici autores ſunt.Tū Varro de ſcænicis originib⁹ libro.i.ita ſcriptū reliqt. Quū multa portēta fierēt:

Tarentini ludi

& murus & turris:q ſūt īter portā Collinā & Gabiuſam de cœlo eſſent tacta:& iō libros ſibyllinos decēui
ri adiiſſent:renūciauerūt uti Diti patri & Proſerpinæ ludi. Tarētini in cāpo Martio fierēt : tribus noctib⁹
& hoſtiæ furuæ imolarent:utq; ludi cēteſimo quoq; anno fierēt.Itē.T.Liui⁹ libro.c.xxxvi.eodē anno lu
dos ſæculares Cæſar ingēti apparatu fecit. Quos cēteſimo quoq; anno(is.n.terminus ſæculi) fieri mos:
utq; decimo cēteſimo quoq; anno repetant tā cōmētarii.xv.uiroꝝ:q diui auguſti edicta teſtari uidētur:
adeo ut Horatius Flaccus in carmine:qđ de ſæcularib⁹ ludis cantatū eſt.id tps hoc mō deſignauerit.Cer
tus undenos decies p annos Orbis ut cātus referatq; ludos Ter die clara totideq; grata nocte frequētes:q
bus uerſib⁹ patet Sæculares ludos cēteſimo decimo anno fieri ſolitos.Illud obiter monēdū uī Cenſorini

Cenſorini locus emēdatus
Gabiuſa porta

locū antea adductū pperā ita legi.Quæ ſunt inter portā Collinā & qbuſdā:alii Exqlinā legūt:nos nō qui
buſdā:nō exqlinā:ſed Gabiuſam emēdauimus.Fuit.n.porta Gabiuſa Romæ:inter quā & Collinā portā.
Quirinalis fuiſſe legit:ſic appellata q recta in Gabios duceret.Eā de cœlo tactā fuiſſe cōmemorat Liui⁹
Carminis aūt Sæcularis(ut ſcribit Acrō)duplex deuotio eē cōſueuerat:aut.n.pro ſedāda uel pro uitāda
peſtilētia:aut p certo & cōſtituto numero annoꝝ:Centeſimo.n.decimo (ut diximus)anno in capitolio a

Ludorum ſæculariū ritus

pueris & puellis īpuberibus cātabat.Fiebāt aūt ludi ſæculares(ut tradit zoſimus græce referēs Sibyllinos
uerſus ſup his editos)in campo Martio & noctu & interdiu:parcis autem furuæ agnæ mactabant Capri
genūq; pecus.Similiter & Dianæ.Terræ uero Scropha.Ioui Tauri cādidi interdiu.Iunoni nitida iuueca.
Apollini pæanas latini pueri patrimi & matrimi & puellæ patrimæ & matrimæ canebāt in tēplo : nuptæ
ad arā Iunonis orabāt.Accipiebāt februa uiri & fœminæ:ſed in primis fœminæ:dehinc in tēplis fere om
nibus primitias diis offerebant: ſic enī agendo toti italiæ romanos dominaturos in libris Sibyllinis ſcri
ptum erat.Primo igitur die.xv.uiri mane capitolium aſcendebant:ibiq; ſacra de more faciebāt. Tum in
theatris conueniebant ad ludos in honorem Apollinis & Dianæ faciendos.Sequēti uero die nobiles ma
tronæ conueniebant in Capitolium.ſupplicabant deo:frequentabant lectiſternia:canebāt hymnos . Ter
tio deniq; die in templo Apollinis palatini ternoueni pueri ptextati : totidemq; uirgines patrimi omnes
& matrimi græca romanaq; uoce carmina & pæanas concinebant: quibus & imperium & incolumitatē
populi diis cōmendabant.Ludi autem celebrabātur omnibus theatris omnium generum & ſacrificia tē

Primi ludi ſæculares
Tonitrua

plis omnibus fiebant noctu pariter atq; interdiu.Primus autem Valerius publicola conſul poſt reges ex
actos ſæculares ludos inſtituit poſt Romam conditam annis.ccl.Quintos autem ab his Cæſar Auguſt⁹
& Agrippa fecerunt:quibus uero conſulibus reliqui facti fuerint & quibus temporibus abunde Cenſori
nus refert. Vbi detonuit.Poſtq̃ tonare deſitum eſt: quaſi dicat:poſt pluuiam ſolet Iupiter ſerenitatē ter
ris inducere.Scribit Plynius Tonitrua eſſe impactorum igniū plagas:ideoq; protinus corruſcare igneas
nubiū rimas:Anaximādrus dixit Tonitrua eſſe nubis ictæ ſonū.Ariſtoteles multo ante ignē colligi non
putat:ſed eodē momento exilire quo fiant:cuius ſententia talis eſt.Duæ partes in imo iacēt terra & aqua
utraq;

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

utraq̧ ex ſe reddit aliq̄d. Terreus uapor ſiccus eſt & fumo ſimilis q̄ uētos fulmina & tonitrua facit. Aquarū halitus hūidus eſt:& in imbres & niues cadit. Sed ſiccus ille terrarum uapor ī uētis origo eſt: q̄a coaceruatus eſt: quū coitu nubiū uehemēter a latere elidit̄: deīde ut lati⁹ feriat nubes ꝓxias hæc plaga cū ſono incutit̄: q̄lis in nr̄is ignibus reddit̄: quū flāma uitio lignorum uirentiū crepat. Et illic ſpiritus hn̄s aliq̄d hūidi ſecū cōglobatuſq̧ rūpitur flāma. Eodē mō ſpiritus ille quē paulo ante exprimi colliſis nubibus dixi impactus aliis non rūpi nec exilire ſilentio pōt. Diſſimilis aūt crepitus fit ob diſſimilē īpactionē nubiū. Quare aliæ maiorē ſonitū hn̄t: aliæ minorē. Cæterū illa uis exp̄ſſi ſp̄us ignis ē: q̄ fulguratiōis nom̄ habet leni īpetu accēſus & uan⁹. Añ aūt uidemus fulgorē q̄ ſonū audiam⁹: q̄a uelocior eſt oculorum ſenſus: & multū aures añcedit. Vtere more dei. More Iouis poſt tonitrua ſerenitatē īduc. ex quo latēter reditū p̄caſ. Numē hn̄tis idē. Habētis eādē diuitatē quā tu quoq̧ hēs. Tu ueniā p̄tho. Auguſt⁹ finito hiſpano bello in ſyriā ad cōponēdū oriētis ſtatū p̄uēit metūq̧ phraharti iniūxit ne bellū p̄thiæ uellet īferre. Itaq̧ tota p̄thia captiui ex Craſſiāo ſiue ātōii exercitu recollecti: ſignaq̧ cū his militaria Auguſto remiſſa. Sed & filii nepoteſque Phrahartis obſides Auguſto dati pluſq̧ cæſar magnitudine nōis q̄ armis alius īperator facere potuiſſet: autor. Inſtin⁹. De expeditiōe parthica plura diximus ī Ouidium de arte amandi quā nō a Tiberio ſed a Caio ſūptā fuiſſe in ſecūda editōe emēdauim⁹ Senecæ autoritate. Sūt tñ (q̄d magis etiā placet) q̄ hūc uerſū ita legāt. Tu ueniā p̄ti ſuperatæ ſæpe dediſti: ut ad multos bellis ciuilibus ſup̄atos referaſ. Nam Trāq̄llus ita ſcribit ī Auguſto. Clemētiæ ciuilitatiſq̧ eius multa & magna documēta ſūt: ne enumerē quot & quos diuerſarum partiū uenia & īcolumitate donatos prīcipē ēt ī ciuitate locū tenere paſſus ſit. Qui tulerāt in caput arma tuū. Plynius quoq̧ meminit Auguſti uitā ſæpe fuiſſe īſidiis petitā: quo in loco plura ſcripſimus autorib⁹ Seneca & Trāq̄llo. Quæq̧ dies bellū. Sēſus eſt. Eodē die quo cōiuratio īte patuit coniuratis ueniam placatus dediſti. Parſq̧ ſil'. Cōiurati tēplis deorum dona optuere ob placatū īperatorem: tu uero ob mortis periculū q̄d euaſiſti. Sic cur ſe uictū. Sic hoſtis tu⁹ cognoſcit ſe uictū iuſta de cā. Cōtraria arma bella tibi aduerſa. Per tertia numia. Per aquas. Cœleſtia ſydera tarde. Sero moreris & in cœlū ires. Sic Orati⁹ Serus in cœlum redeas diuq̧ Lætus interſis populo q̄rini. Crimina nr̄a. Noſtræ criminatiōes. Nā librorum de arte amādi cā me in exiliū eieciſti. Eſt āt appoſitio nota figura. Inſpice maius opus. Aſpice metamorphoſim. Corpora uerſa Corpora transformata. Inuenies ueſtri. Laudat in metha. & in calce potiſſimum Iulium Cæſarem & Auguſtum. Nec quo. Nec qua ratione. Fama Ioui ſupereſt. Iupiter ſatis magnam famam habet adeo ut illius etiā multum ſuperſit. Belli gigantei. Belli ſuſcepti contra gigantes. Animaduerſum a Ioue in gigantes ob eam cauſam dicunt q̧ magnitudine ac robore corporis confiſi aduerſis legibus & multa ægerint in homines iniuſta: & propinquas gētes in ſeruitutem redegerint bellūq̧ his intulerint: qui ob ſingularia ī oēs nationss beneficia dei ſint exiſtimati: eos autem Iupiter ſuſtulit: In Creta quidem Milinum. In phrygia Tiphonem. Ante pugnam quæ cum gigantibus in Creta habita eſt Iouem ſacrificaſſe dicūt ſoli cœlo: ac terræ bouē: q̄ ſacra Iouē ſup̄iorē fore portēdētia primū uires & ab hoſtibus defectionē tñ finē belli futurū mōſtrarūt. Muſæus quippe ab eis deſciuit: ob idq̧ ei honores tributi: ab diis autem omnes hoſtes cæ-

Vtere more dei numen habentis idem
Idq̧ facis: nec te quiſquā moderatius unquā
Imperii potuit frena tenere ſui.
Tu ueniam partho ſuperato ſæpe dediſti
Non conceſſurus quam tibi uictor erat.
Diuitiis etiam multos & honoribus auctos
Vidi qui tulerant in caput arma tuum.
Quæque dies bellum: belli tibi ſuſtulit iram.
Parſq̧ ſimul templis utraq̧ dona tulit:
Vtq̧ tuus gaudet miles qui uicerit hoſtem
Sic cur ſe nictum gaudeat hoſtis habet.
Cauſa mea eſt melior: quia non cōtraria dicor
Arma nec hoſtiles eſſe ſecutus opes.
Per mares per terras per tertia numina iuro:
Per te præſentem conſpicuumq̧ deum:
Hunc animum fauiſſe tibi uir maxime: meq̧
Qua ſola potui mente fuiſſe tuum.
Optaui peteres cæleſtia ſydera tarde.
Parſq̧ fui turbæ parua præcantis idem.
Et pia tura dedi pro te: cūque omnibus unus
Ipſe quoque adiuui publica uota meis.
Quid referam libros illos quoq̧ crimina nr̄a
Mille locis plenos nominis eſſe tui
Inſpice maius opus: q̄d adhuc ſine fine reliqui
In non credendos corpora uerſ modos.
Inuenies ueſtri præconia nominis illic:
Inuenies animi pignora multa mei.
Non tua carminibus maior fit gloria. nec quo
Vt maior fiat creſcere poſſit habet.
Fama iouis ſupeſt: tamē hūc ſua facta referri.
Et ſe materiam carminis eſſe iuuat:
Quūq̧ gigantæi memorantur prælia belli:
Credibile eſt lætum laudibus eſſe ſuis.

Auguſtus in ſyriam uenit

Bellum giganteum

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſi ſunt. Sed & aliis quoq; diis pſidiū belli tuliſſe aduerſus gigantes cōſtat. Macedones qdem circa Palenē italos in campo quē a loci cōflagratione phlegræū. poſtmodū Cymeū cognominarunt a colle: qui olim plurimum ignis inſtar ætnæ in Silicia euomēs nūc Veſuui⁹ multa ſeruās ignis antiq ueſtigia. In eo cāpo tradūt fuiſſe hoīes admodū fortes: & ob eoꝝ ſcelera gigātes appellatos: qui cognito Herculis aduētu inſtructis copiis oēs ei obuiā profecti ſunt: acriq; cōmiſſa pugna (pollebāt enim uiribus) ferūt diis adiutoribus ſuperiorē Herculē pluribus eoꝝ īterfectis eam regionē oī feritate purgaſſe. Autor Diodorus. Hic autē per bellū gigāteum intelligēdū eſt de eo qđ

Titanus

geſtū eſt cōtra Titanū & eius filios. Titan⁹. n. cœli filius uxorem habuit terrā: ex qua plures ſuſcepit filios: cū quib⁹ aduerſus Iouē deoſq; reliquos pugnauit: eiq; cœlū conantes eripere montes mōtib⁹ īpoſuere. Sed tādē a diis cæſi: & fulmine interēpti ſunt dicēte Vergilio. Tū partu terra nephādo Cæū Iapetūq; creat ſeuūq; typhœa. Et coniuratos cœlū reſcidere frēs Conati ter ſūt īpōere pelio oſſan. Scilicet atq; oſſæ frōdoſū inuoluere olympū. Ter pr̄ extructos diſiecit fulmīe mōtes: & Propti⁹. Nō ego titanas canerē: n̄ oſſan olympo īpoſitū: ut cœli pelion eēt iter.

Cur aquila dicit ioui fulmia miniſtraſſe

Scribit Higynus iō dictū eſſe ioui in bello gigāteo aquilā fulmina miſtraſſe q; ea Ioui pbuit uictoriæ auguriū: Cæſar quoq; ī arato rettulit Aglaeſthenē dicer̄ Ioui quū ex inſula naxo aduerſus Titanas pficiſcereť & ſacrificiū faceret in littore: aqlā in auſpiciū aduolaſſe: quā uictor bono omine acceptā tutelæ ſuæ ſubiugarit. Sacra uero hiſtoria aū conſediſſe illi in capite atq; ei regnū portēdiſſe teſtať. Plyni⁹ ſcribit Aqlā ſolā auiū nūq̄ fulmīe exaiatā: iō eā armigerā Ioui cōſuetudinē iudicaſſe.

Cur aqlæ in ſignis romanorum.

Illud obiter ſciēdū ī romanoꝝ ſignis aqlas ferri ſolitas: q; ea auis uniuerſaꝝ auiū regnum hēat & ſit ualidiſſima. Itaq; illā prīcipatus īſigne putaſſe omēq; uictoriæ quodcūq; bello petierint: autor Ioſephus lib. iii. de bello iudaico.

Te celebrant alii quanto decet ore: tuaſq;
Ingenio laudes uberiore canunt.
Sed tamē ut fuſo taurorum ſanguine centum:
Sic capitur minimo turis honore deus.
Ah ferus & nobis nimium crudelior hoſtis:
Delicias legit qui tibi cunque meas.
Carmina ne noſtris & te uenerantia libris
Iudicio poſſint candidiore legi.
Eſſe ſed irato quis te mihi poſſet amicus:
Vix tunc ipſe mihi non inimicus eram.
Quū cœpit quaſſata domus ſubſiſtere: partes
In proclinatas omne recombit onus.
Cunctaq; fortuna rimā faciente dehiſcunt:
Ipſa ſuo quædam pondere tracta ruunt:
Ergo hoīum quæſitum odiū mihi carmīe: q̄q;
Debuit eſt uultus turba ſecuta tuos.
At memini: uitamq; meā moreſq; probabas
Illo quem dederas prætereuntis equo.

Te celebrāt alii. Maronē ī primis deſignat. Sed tñ ut fuſo per cētum tauros Hecatōben exprimit.

Hecatōbe

Erat. n. ſacrificium cētum boum a numero dictum uictimaꝝ ἑκατον. n. centum ſignificat: & βους bos: uel q̄a (autore Euſtathio) centum peloponeſi urbes id faciebāt: & a numero ſacrificātium cōpoſita eſt dictio. Iulius Capitolinus de hoc ſacrificio ita ſcribit. Hecatōbe aūt tale ſacrificiū eſt: cētū aræ uno ī loco ceſpititiæ extruūť: & ad eas cētū ſues: cētum oues mactāť. Nā ſi īpatorium ſacrificium ſit: cētum leōes centum aqlæ: &c. hmōi aīalia centena feriunt: qđ qdē ēt græci quōdā feciſſe dñr: quum peſtilentia laborarent. Delitias meas. Vel libros amoꝝ: uľ certe amatoria pcepta ītellige. Carmīa ne nr̄is. Oñdit tibi ille delitias meas ut tu poſtea credēs cætera ī qbus laudes tuæ cōtinebāť laſciuia eadē aſpſa illa reiiceres. Eſſe ſed irato. Oñdi latēter multos & eum potiſſimum q legit eius delitias Cæſari fuiſſe ſibi iratum. ppea q; ſciebat eum eē Auguſto in feſtū uel certe dicit ſe oībus fuiſſe inuiſum poſteaq̄ eius carm̄ dānauit Auguſtus. Vix erā nō inimic⁹ mihi. Vix mihi erā amicus. Quum cœpit q̄ſſata dōus. Siliťudo ſumpta eſt a domo terræ motu uel alio caſu cōcuſſa: q. n. ea ſubſidet & pēdet ī eā ptē totum onus īclinať. Cunctaq; dehiſcunt. Oēs domus ptes apiunť. Ipſa ſuo qdā Ordo eſt. Ipſa. i. ipſæ ptes domus ruunt ſuo pōder: qdā tracta ruunt. i. qdā cadunt pprio pōdere nec poſſunt ſtare: qdā uero ptes ipſius domus ab aliis tractæ labunť: p domum autē quaſſatā ſeipſum deſignat: p oē onus ītelligit odium cunctoꝝ qđ cōtraxit carminis laſciuia: p eum autem q domum cōcutit. Auguſtum deſignat: p fortunā rimā facientē denotat eiuſdem Auguſti potentiā: p ſuum pōdus accipe Ouidii crimen: p partes uero tractas ſe odio etiā amicoꝝ exulaſſe pfiteť.

Trāſuectionis mos.

Prætereuntis equo. Dionyſius li. vi. ſcribit in honorem apparitionis caſtroꝝ eiuſq; uictoriæ: q ad lacum regillum parta eſt: equites in eqs ſedentes tranſuehi incipientes a templo Martis extramurano perexiſſe per foꝝ iuxta ædem Caſtoris. Fiebat autem hæc tranſuectio idibus quintilibus: quo die apud lacum regillum proſpere pugnatum eſt Caſtore & Polluce auxiliantibus. In tranſuectione autem equites uehebantur coronati oliuatum ramis induti q; trabeis punicei coloris ſecum geſtantes ornamenta premiaq; omnia fortitudinis quæcunq; in præliis ob rem bene geſtam a ductoribus ſuis accepere. Valerius Maximus libro ſecundo de inſtitutis antiquis ſcribit Fabium Rutilianum primum inſtituiſſe: ut equites Romani idibus qntilibus ab æde honoris equis inſidentes in Capitoliū tranſirent trabeati. Scribit Tranquillus Equitum turmas Auguſtum frequenter recognouiſſe poſt longam intercapedinem inducto more tranſuectionis: ſed neq; detrahi quenq̄ ab accuſatore paſſum fuiſſe quod fieri ſolebat ex ſenio uel aliqua corporis labe.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

tis labe. Scribit etiam Plutarchus morem Romæ apud equeſtres fuiſſe quum per legitimũ tempus ab ali quo militatum eſſet equm per medium forum duci coram duobus Cenſoribus præſidẽtibus: illiſq; qué libet ducum aut imperatorum ſub quibus militatum ſit recẽſeri: deinde cenſorum iudicio ſubiici: q iux ta cuiuſq; meritum uel laudem uel infamiam tribuunt: quem morem hic quoque Ouidius deſignat. ℭ Quod ſi non prodeſt. Quod ſi nullo beneficio affectus fui ab Auguſto ob uitam aut equeſtrem digni tatem bene ante actam. At nullum crimen adeptus eram. Saltẽ placet ꝙ ille me nullo crimine notauit.

Quod ſi non prodeſt: & honeſti gratia nulla
 Redditur: at nullum crimen adeptus eram.
Nec male cõmiſſa eſt nobis fortuna reorum.
 Vſq; decem decies inſpicienda uiris.
Res quoq; priuatas ſtatui ſine crimine iudex:
 Deq; mea faſſa eſt pars quoq; iuſta fide:
Me miſerum: potui: ſi non extrema nocerent:
 Iudicio tutus non ſemel eſſe tuo.
Vltima me pdunt: imoq; ſub æquore mergit
 Incolumen totiẽs ima procella ratem.
Nec mihi ps nocuit de gurgite parua: ſed oẽs
 Preſſere hoc fluctus oceanuſq; caput.
Cur aliquid uidi? cur noxia lumina feci?
 Cur imprudenti cognita culpa mihi eſt?

Nec male cõmiſſa eſt. His duob⁹ uerſib⁹ de ſignat ſe poeta cẽtũuirũ fuiſſe. In eo. n. iudicio cauſæ teſtamẽtariæ & hereditariæ criminaleſ ꝗ ẽt audiebant. Cẽtũuiri autẽ a numero uiro rũ dicebant. Nã quũ Romæ eẽnt qnq; &. xxx. tribus. terni ex ſingulis tribub⁹ eligebant ad iudicãdũ: & licet qnq; ſupra cẽtũ fuerint: tam ut facilius noiarent. Cẽtũuiri ſunt dicti: eorũ uero iudiciũ cẽtũuiralis haſta noiabat: ꝙ poſi ta in ſuo foro haſta cẽtũuiri iudicabãt: quẽad modũ Auctionarii publici ſiue priuati i atrio auctionario haſta pconis (ut inqt Cicero) bõa emptoris adiudicabãt. Eligebant aũt ſorte ex decuriis cẽtũuiri p ptorẽ q iudicarẽt: quorum numerxs nõ idẽ in omnib⁹ cauſis erat: ſed ma ior aut minor ut diuerſæ cãæ acciderãt: qbus numerus iudicũ ex lege dabat quẽadmodum lex repetundaꝝ qua rõ a ſenatore repeti ſole bat: qnquaginta iudices ex equeſtri ordine da bat: ut docet Cicero pro. L. Flacco. Duo uero &. xxx. iudices ſederũt i cã Oppianici: q ueneni a Cluẽtio accuſatus fuit. Iudices aũt oẽs Romæ in decuri as redacti fuere: & eoꝝ ſortitiones ad diuerſas cauſas p ptorẽ fieri ſolebãt: q eos in legẽ iurare cogebant. Vnde iurati iudices dicebant: notabãturq; in libro ptoris: ne alii ad iudicãdũ ſupponerent autore Aſco nio. De decuriis iudicũ ita ſcribit Plynius lib. xxxiii. Iudicũ quoq; non niſi quattuor Decuriæ fuere prio uixq; milia ſingula in decuriis inuẽta ſunt nõdũ puinciis ad hoc munus admiſſis: ſeruatũq; in hodiernũ diem eſt: ne qs e nouis ciuibus iudicaret. Fortuna reoꝝ. Sors eoꝝ qui centũuirali iudicio ſubiiciebant. Cicero pro. A. Cluẽtio. Reſpicite iudices hoium fortũas. Reſpicite dubios uarioſq; caſus. Reſpicite Caii Fabricii ſenectutẽ. Nec eſt male cõmiſſa nobis. Nec eſt male credita iudicio meo qa recte iudicaui. De cies dẽcẽuiris. Hoc eſt a centũuiris. Res quoq; priuatas ſtatui. Hic Ouidius ur oſtẽdere ſe ex quarta de curia iudicẽ hoc eſt triũuirũ electum iudicaſſe de leuioribus ſũmis. Tranquillus. n. ſcribit ad tres iudicũ decurias qrtã addidiſſe ex inferiore cenſu q ducenarioꝝ uocaret: iudicaretq; de leuioribus ſũmis: iudices aũt elegit a. xxx ætatis anno. i. qnquẽnio maturius q ſolebant: aut certe (qd magis placet) per centũuira le iudiciũ docet ſe iudicia publica: per priuatas uero cãs priuata ẽt iudicia triũuiꝝ exercuiſſe: publica. n. iudicia ſunt in qb⁹ agit de pditionibus in patriã: ambitum: maieſtate: & accuſatiõe repetundaꝝ. Vnde in rhetoricis ad Herẽnium ita legimus. Et in publicis quæſtionibus cauet legib⁹: ut ſi ante reo cõmodũ ſit: iudiciũ de accuſatore fiat. utrũ illi liceat accuſare: nec ne. Et Tranqllus in Auguſto Centũuiralia iudi cia publica appellat. Centũq; inqt: ut ſeparatim in eo publica iudicia & ſortitiões iudicũ fierẽt. Sic ẽt i ora tore ea Cicero. appellat: dicta aũt ſunt publica iudicia (ut Iuſtinianus ſeu Tribonianus ſcribit) ꝙ cuiuis ex populo executio eoꝝ plærũq; dat: priuata uero iudicia ſunt ciuis ad ciuẽ pſonæ ad pſonã: priuũ. n. uere res dixere qd nos ſingulũ: hinc priuata iudicia ꝙ uniuſcuiuſq; ppria ſunt. Vnde apud Valeriũ caput le gim⁹ de priuatis iudiciis. Et Liui⁹ ſcribit ius. xii. tabulaꝝ fuiſſe fontẽ oĩs publici: & priuati iuris. Sine cri mine. Sine ſcelere aut ſine cuiuſq; criminatione ſuperior expoſitio magis placet. Deq; mea faſſa eſt. Or do talis. Et pars iuſta. i. cãæ æquitas: aut pars hoium iuſtoꝝ qui iudicio meo interfuere ẽt eſt faſſa de mea fide. i. confeſſa fuit meam in iudicando fidẽ: & integritatẽ. Si non extrema nocerent. Si non obeſſet iu diciũ de me tuũ: quo relegatus ſum. Iudicio tuo. Quia me uiꝝ bonũ eſſe iudicabas. Nõ ſemel. Quia in multis caſib⁹ tibi mea iuſticia fuit cognita. Vltima. Vltimũ de me iudiciũ tuũ. i. relegatio. Mergit. Obruit & opprimit. Incolumen ratem. Me uiuũ. Ima pcella. Grauis tua ira. Nec mihi pars nocuit. Perſtat adhuc in ſimilitudine a nauigantibus ſumpta. Intelligit aũt non paruã Auguſti indignationẽ: aut non ſolum Auguſtum: ſed alios quoq; eius cã eum oppreſſiſſe. Cur aliquid uidi. De cã relegatiõis Oui dii multi multa ſcripſere: in quibus non deeſt qui credat eũ uidiſſe eius inceſtũ cum filia Iulia: qd ẽt Tran quillus his uerbis ueꝝ fuiſſe oſtendit. Prædicabat aũt matrem ſuam ex iceſto: qd Auguſtus cum Iulia fi lia admiſiſſet procreatã. Ego tamen ut hac in re non meã obſtrĩgam fidem: ſic affirmare auſim (ut etiam diximus) poetã uidiſſe aliqd agentẽ Auguſtum: quo in eius odium peruenit: id quod quũ hoc in loco: tũ in aliis plæriſq; liquido dignoſcitur. Imprudenti mihi. Mihi ignoranti quæ ab Auguſto fierent.

Centũuirale iudiciũ
Centũuiri
Centũuiralis haſta
Iudicium numerus
Iudices iurati
Decuriæ iudicum
Iudicia publica
Iudicia priuata
Priuum

**Actæonis Fabula**

¶ Inſcius actæon. Actæon. Ariſtei & Autones filius longa fatigatus uenatione: ut æſtum euitaret in uallem Gargaphien puenit: ubi erat limpidiſſimus fons: in quo quū forte Dianā ſe lauantē offendiſſet: ab ea mutatus eſt in ceruū ne rē cuiq̄ narrare poſſet. Demū ēt a ſuis canibus laniatus eſt. Fabulā hēs apud Ouidiū in.iii.met. Diodorus ſcribit eū a ſuis canib⁹ diſcerptū: ꝙ Dianæ cōcubitū quū uenaret ī mōtib⁹ iuxta tēplū ſitis appetiuerit. Alii ꝙ ſe illi Actæon ptulerit uenādi arte. Scilicet in ſupis. Dii inqt eos puniūt: q etiā caſu peccāt: peccauimus.n.aut errore aut ſcelere. Errorē: Fortunā: & caſum Ouidius appellat: ſic & in met. de Actæone. At bene ſi q̄ras fortūe crimē in illo. Non ſcelus inuenies: qđ.n. ſcelus error hēbat. Sed ſine labe. Sed ſine crimine. Prio dicaꝰ ut æuo Clara. Vt hac nr̄æ patriæ ætate uel certe pr̄is mei ætate clara dici poſſit. Superior ſnīa magis placet. Nec ulli⁹ nobilitate minor. Nec mīor nobilitate ullius dom⁹: uel, nec minor ullius.ſ.dom⁹ nobilitate. Vbi notādū ꝙ mīor poſt ſe ñ mō hr̄e pōt ablтūm caſū: ſed ēt gtūm. Plynius. Aiantiū ī eodē natura nl'li⁹ ppe partis cōtēplatiōe minor eſt: & Gelius li.iii. Sed quū in eo tpe Scipionē minorē.xl.ānorū fuiſſe cōſtaret. Et Varro ī re ruſtica. Nec minores inqt ānoꝝ.xxii.ad agriculturā dociles.

Inſcius actæon uidit ſine ueſte dianam:
Præda ſuis canibus non minus ille fuit.
Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt.
Nec ueniam læſo numine caſus habet:
Illa noſtra die: qua ne malus abſtulit error:
Parua quidem periit: ſed ſine labe domus.
Sic quoq̄ parua tamen patrio dicatur ut æuo
Clara: nec ullius nobilitate minor.
Et neq̄ diuitiis: nec paupertate notanda eſt:
Vnde ſit in neutrū conſpiciendus eques.
Sic quoq̄ nr̄a domus uel cēſu pua uel ortu
Ingenio certe non latet illa meo.
Quo uideat quāuis nimium iuueniliter uſus
Grande tamen toto nomen ab orbe fero.
Turbaq̄ doctoꝝ naſonem nouit: & audet
Non faſtiditis annumerare uiris.
Corruit: hæc igitur muſis accepta ſub uno
Sed non exiguo crimine lapſa domus.
Atq̄ ea ſic lapſa eſt: ut ſurgere: ſi modo læſi
Ematuruerit cæſaris ira: queat.
Cuius in euentu pœnæ clementia tanta eſt:
Vt fuerit noſtro lenior ira metu.
Vita data eſt: citraq̄ necem tua conſtitit ira:
O princeps parce uiribus uſe tuis.
Inſuper accedunt te non adimente paternæ:
Tanquam uita parum muneris eſſet: opes.
Nec mea decreto damnaſti facta ſenatus:
Nec mea ſelecto iudice iuſſa fuga eſt.
Triſtib⁹ iuectus uerbis (ita pricipe dignū eſt)
Vltus es offenſas: (ut decet) ipſe tuas:
Adde quod edictum quis immite minaxq̄:
Attamen in pœnæ nomine lene fuit:
Quippe relegatus: non exul dicor in illo:

**Minor cū genitiuo**

Vñ. Ex qua domo. In neutrū. In neutrā ptē ut aut nimis amplas diuitias poſſideat: aut nimiæ pauptati obnoxia: ex quo dſignat mediocres fortunas poſſediſſe. Vl' cēſu. Vel fortūis.

Vel ortu. Vel origine. Quo. Scilicet īgenio.

Nimiū iuueniliter. Quod ſcribendo iuuenilia & amatoria Auguſtū offēdi. Sub uno ſed nō exiguo crimīe. Sub una criminatōe: ſed nō parua: hoc aūt dicit ne imperatorē offendat: quare ut eius beniuolētiā captet ſe ipm̄ magis q̄ impatorē dānat. Ematuruerit. Matura facta fuerit & lenita: ubi notādū Maturo uerbū maturui tm̄ pteritū facere: nō maturaui: ut in doct⁹ qdē nr̄i tpis exiſtimauit. Nā & Quītilianꝰ ita ſcribit. Nā & ipſe eos nōdū opīabar ſatis maturuiſſe. Et Columella li.vii. & quū maturuit ſuppuratio: reſcīdiꝰ ferro. Quare q exiſtimauit a Quītiliāo maturauiſſe dictū: & ita ēt legi poſſe errauit. In euētu pœnæ. In euentu ſupplicii. C⁹ Auguſti.ſ. Nr̄o metu. Quā timebā. Citraq̄ necē. Sine nece: q̄ locutōe freq̄nter autores utūꝰ & ī primis Ply. ut citra ſalē.i. ſine ſale. Pr̄næ opes. Pr̄imōiū mihi a pr̄e relictū. Inſup accedūt. Præterea mihi pmittūꝰ. Solebāt.n. exules bōa amittere: ut docent cū aliis: tū ī primis Ci.lib.v. Tuſculanaꝝ qōnū his uerbis. At mulctāꝰ bōis exules. Tāq̄ uita paꝝ mūeris eēt. Laudat Cæſaris clemētiā: cui uita Ouidio cōceſſa puū bn̄ficiū uidebaꝰ: niſi ēt illi fortūas ſuas cōceſſiſſet. Decreto ſenat⁹.

**Maturui a uerbo Maturo**

Senatus conſulto in tuā ſnīam facto ut relegaret. Secreto iudice. A iudice cui ſecreto dānationē meā iniūgere potuiſſes. Sūt q̄dā exēplaria in q̄bus legiꝰ ſe lecto. Fuerūt.n. quattuor decuriæ iudicum primo pluribus diſcrete noībus. Nāq̄ aliæ tribunoꝝ æris. Aliæ iudicū. Quidā nōgenti. Quidā ſelecti uocabantur: & diuiſus hic quoq̄ ordo erat ſupba uſurpatiōe noium: quū alius ſe nongētū. Alius Tribunū. Alius Selectū appellaret. autor Plynius lib.xxxiii. Selecti iudicis meminit Oratius in.i. ſermonū eo uerſu. Vnū ex ſelectis iudicib⁹ obiiciebat: & Ouidi. Nō bn̄ ſelecti iudicis arca pater. Verbis triſtib⁹. Verbis triſtitiā ſignificātibus: ꝙ ea cōmiſiſſem: q̄bus pœna luēda eſſet. Quippe relegatus. Relegare eſt in inſulā aliquē uel in aliū locū mittere. Differtq̄ exiliū (ut iuriſcōſultis placet) a relegatiōe: ꝙ Exiliū ē ppetuū. Relegatio fit ad tp̄s. unde titulus eſt apud iuriſcōſultos de relegatis: ubi legimus relegatoꝝ duo gn̄a eſſe. Quidā.n. ī inſulā releganꝰ: q̄dā ſimpliciter: ut puinciis eis interdicaꝰ. Caliſtratus iuriſcōſultus ſic ſcribit. Cæteræ pœnæ

**Iudicum decuriæ**
**Selecti iudices**
**Relegare**
**Exilium**
**Relegatio**
**Relegatorū duo genera**

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Parcaq; fortunæ ſunt tibi uerba meæ
Nulla quidem ſanæ grauior mentiq; potenti
Pœna eſt: q̃ tanto diſplicuiſſe uiro.
Sed ſolet interdum fieri placabile numen.
Nube ſolet pulſa candidus ire dies.
Vidi ego pampineis oneratã uitibus ulmũ:
Quæ fuerat ſæuo fulmine tacta iouis.
Ipſe licet ſperare uetes: ſperabimus: atq;
Hoc unum fieri te prohibente poteſt.
Spes mihi magna ſubit: cũ te mitiſſie p̃nceps
Spes mihi reſpicio cum mea facta cadit.
Ac ueluti uentis agitantibus æquora: non eſt
Aequalis rabies continuuſq; furor.
Sed modo ſubſidunt intermiſſiq; ſileſcunt:
Vimq; putes illos depoſuiſſe ſuam.
Sic abeunt: redeuntq; mihi: uariãtq; timores:
Et ſpem placandi dantq; negantq; tui.
Per ſuperos igitur: qui dãt tibi lõga: dabũtq;
Tempora romanũ ſi modo nomen amant.
Per patriam: quæ te tuta & ſecura parẽte eſt:
Cuius & in populo pars ego nuper eram.
Sic tibi: quẽ ſemper factis animoq; mereris:
Reddatur gratæ debitus urbis honor:
Liuia ſic tecum ſociales impleat annos:
Quæ niſi te nullo coniuge digna fuit.
Quæ ſi non eſſet cælebs te uita deceret:
Nullaq; cui poſſes eſſe maritus erat.
Soſpite ſic te ſit natus quoq; ſoſpes: & olim
Imperium regat hic cum ſeniore ſenex.
Efficiantq; tui ſidus iuuenile nepotes.
Per tua perq; tui facta parentis eat.
Sic aſſueta tuis ſemper uictoria caſtris:
Nunc quoq; ſe p̃ſtet: notaq; ſigna petat.
Auſoniumq; ducem ſolitis circunuolet alis:
Ponat & in nitida laurea ſerta coma.
Per quẽ bella geris: cuius nũc corpe pugnas
Auſpicium cui das grande: deoſq; tuos.
Dimidioq; tui præſens & reſpicis urbem
Dimidio procul es: ſæuaq; bella geris.
Hic tibi ſic redeat ſuperato uictor ab hoſte:
Inq; coronatis fulgeat altus equis.
Parce p̃cor: fulmenq; tuum fera tela recõde:
Heu nimium miſero cognita tela mihi.
Parce pater p̃iæ: nec nominis imemor huius
Olim placandi ſpem mihi redde tui.

ad æſtimationem: & ſi nõ ad capitis periculum pertinent uelut relegatio ad tempus. uel in perpetuum: uel in inſulam. Verba meæ fortunæ. Decretum tuum de infœlicitate mea. Sũt parca. Paucis exponit̃. Mentiq; potẽti. Generoſæ menti. Oneratã uitibus ulmum. Vites ſexto anno maritant̃: & inter cæteras arbores prima omnium ulmus habet̃: quæ ab eo hanc ob cauſam Marita appellat̃. Martialis. Nec melius teneris iungunt̃ uitibus ulmi. Liuia ſic tecum. Liuiam Druſillam dicit: quam Auguſtus repudiata Scribonia duxit uxorem. Eam matrimonio Tiberii Neronis & quidẽ prægnantem abduxit: dilexitq; & probauit unice: ac perſeuerãter ut ſcribit Trãquillus. Cælebs uita. Vita ſine uxore. Soſpite ſic te ſit natus quoq; ſoſpes. Tiberiũ deſignat. Nam de Agrippa non placet intelligas. Efficiantq; tui. Ordo eſt. Et tui nepotes Caius. ſ. qui in lycia periit: & Lucius qui Maſſaliæ ut alibi diximus appoſitiue ſydus iuuenile efficiant ut natus Tiberius eat per tua & per parentis tui facta: hoc eſt te & patrem Iuliũ imitetur. Legitur etiam: ita hoc carmẽ in uetuſtiſſimo codice. Vt faciuntq; tui ſydus iuuenile nepotes. Per tua perq; tui facta parẽtis eãt: quæ lectio nobis etiam clarior & cãdidior uidetur: ut ſit ordo. Et tui nepotes appoſitiue ſydus iuuenile. i. iuuenum romanorum ſplendor eant: ut faciunt: per tua & per facta tui parentis: per nepotes autem Caium & Lucium adhuc uiuentes deſignat. Sic aſſueta tuis ſemper uictoria. Victoria dea fuit: quam Apuleius li. ii. met. palmarem deã appellat his uerbis. Atria longe pulcherrima columnis quadrifariam per ſingulos angulos ſtantibus attolebãt ſtatuas Palmamaris deæ facies quæq; pinnis explicitis ſine greſſu pilæ uolubilis: inſtabile ueſtigium: plãtis roſidis decitantes. Et Ouidius. Prima loco fertur ſparſis uictoria pennis. Auſoniumq; ducem. Tiberium deſignat: qui nũciata illyrici defectiõe trãſit ad curam noui belli: quod grauiſſimum omnium bellorum poſt punica per. xv. legiões paremq; auxiliorum copiã triennio geſſit: quo temporis ſpatio domuit totum illyricũ quod intra Italiam regnũmq; noricũ: & Thraciam: & Macedoniam: interq; Danubium flumen & ſinum maris Adriatici patet quas ob res triumphus ei decretus eſt: quẽ diſtulit mœſta ciuitate clade uariana: nihilominus urbẽ prætextatus: & laurea coronatus ĩtrauit. poſitumque in ſeptis tribunal ſenatu aſtãte conſcendit ac medius inter duos cõſules cum Auguſto ſimul ſedit. Vnde populo cõſalutato circũ templa deductus eſt: autor Tranquillus. Potes etiã intelligere (quod magis placet) Germanicã expeditionẽ: quã Druſus Tiberii frater & Auguſti priuignꝰ ſuſcepit Auguſti auſpiciis ut Florus ſcribit: ĩ qua expeditiõe p̃iit ex fractura cruris ſup qđ lapſus ẽ equs: ut Liuius exiſtimat. Trãquillus uero eũ morbo p̃iſſe ſcribit. Deoſq; tuos. Apollinẽ. Iuliũ Cæſarẽ: & cæteros deos Auguſti familiares.

Vlmus

Victoria Palmaris dea

Bellum illiricum

Nõ præcor ut redeam:quãuis maiora petitis
Credibile eſt magnos ſæpe dediſſe deos.
Mitius exilium ſi das propiuſq; roganti:
Pars erit e pœna magna leuata mea.
Vltima perpetior medios eiectus in hoſtes:
Nec quiſquam patria longius exul abeſt.
Solus ad egreſſus miſſus ſeptẽplicis iſtri
Parrhaſiæ gelido uirginis axe premor.
Iazyges & colchi:metereaq; turba:getæq;:
Danubii mediis uix prohibentur aquis.
Cumq; alii tibi ſint cauſa grauiore fugati:
Vlterior nulli q̃ mihi terra data eſt.
Longius hac nihil eſt niſi tm̃ frigus:& hoſtis:
Et maris aſtricto quæ coit unda gelu.
Hactenus euxini pars eſt romana ſiniſtri:
Proxima baſternæ:ſauromatæq; tenent.

Iſtri ortus
Danubius

Septemplicis iſtri. Iſtri ortus eſt in Germania : qui per innumeras lapſus gentes Danubii noĩe immenſo aquaꝝ auctu:& unde primũ illyricum alluit:Iſter appellatur.lx.amnibꝰ receptis medio ferme numero eorum nauigabili in pontũ uaſtis ſex fluminibus euoluiẗ:quoꝝ noĩa Plynius oſtendit li.iiii.ſed plenius Herodotus.Scribit Strabo Ephoꝝ aſſerere Iſtrũ conſtare qnq; oſtiis.Idẽ tñ paulopoſt ait eũ in ſeptena oſtia diſtingui.Docet ẽt Dionyſius Iſtrum ꝑ quinq; ingentes alueos in Euxinũ proripi.Iſtrũ quinq; alueis delabi per ſcythiam docet ẽt Herodotus.Põponius tñ & Solinus ſcribũt Iſtrũ totidẽ oſtia hẽre quot Nilus.i. ſeptẽ:tria uero reliq̃ tẽuia: quoꝝ priora q̃ttuor adeo magna ſunt:ut ꝑ lõgitudinẽ.xl.miliũ paſſuũ:nõ miſceaẗ æquori dulcẽq; hauſtũ:ĩcorrupto detinẽt ſapore.Idẽ ẽt docet Cornelius Tacitus his uerbis. Danubiꝰ molli & clemẽter edito montis Arbonæ iugo effuſus plures populos adit.donec ĩ põticũ mare ſex meatibꝰ erũpit:ſeptimũ.n.os paludibꝰ hauriẗ. Parrhaſiæ uirginis.Caliſtꝰ ex arcadia q̃ ĩ urſã mutata a Ioue in ſeptẽtriõe locata fuit:ſic dcã a Parrhaſia urbe arcadiæ.Ouidius ĩ met.Parrhaſis erubuit.

Iazyges

Iazyges.Iazyges populi fuere ſcythaꝝ : quos Plyniꝰ ſcribit cãpos & plana tenuiſſe. Nã paulũ ſupra Daciã fuere Peucini & Baſternæ: & ꝑ totã Meotin Iazyges hic Roxolani & his ĩteriores Amaxobii:& Alani ſcythæ,ut eſt autor Ptolemæus: nũc qdã ſeptẽ caſtra appellari putant. Valerius Flaccus.Neurus & exptes canẽtis iazyges æui. Strabo poſt Tirrhegetas põit Sarmatas cognomẽto Iazygas: ſũt.n.in Sarmati a Europæ.Hñt aũt Iazyges te mios a ſeptẽtrione Sarmatiã Europæ.i.eã Sarmatiæ ptẽ:q̃ ẽ ad Anſtrũ Sarmaticoꝝ mõtiũ uſq; ad montem Carpatũ.Ab occaſu & auſtro Germaniæ partem a Sarmaticis.ſ. montibus ad Carpatũ Danubii fluuii uſq; ſciſſionẽ Tibiſci amnis:qui ad arcton fluit.Ab oriẽte Daciã iuxta ipſum Tibiſcũ fluuiũ:q ad oriẽtẽ uerſus ſub mõte Carpato deſinit:a quo duciẗ.

Colchi

Et colchi.Colchi(autore Dionyſio)fuere ad extremũ põti Caucaſo mõti adherẽtes olĩ ex ægypto ꝓfecti:qđ ẽt docet Herodotus.Colchicæ regiõis alteꝝ latus ĩ Euxinũ & Mæotin deuexũ eẽ. Alteꝝ ĩ Caſpiũ & Hyrcanũ mare ſcribit Pliniꝰ

Corſi

hic uero nõ Colchi ſed Corſi legẽdũ arbitror.Corſos.n.Sarmataꝝ populos fuiſſe plynius ſcribit:q̃uis eo in loco qdã nõ colchi ſed corſi legendũ putarit.Nã e ponto ad oſtiũ Mæotidis nauigantibus dextra ſunt Scythæ & taurica cherroneſus:leua uero e regione in littore põti ad mõtẽ Caucaſum(ut diximꝰ)ſũt Colchi:q quũ mari diſiũcti ſint:& Mæotidis oſtiũ q Cimerius Boſphorus uocaẗ.Latitudinẽ ſtadioꝝ.xxx.Lõgitudinẽ.lx.(autore polybio)cõplectaẗ:quo pacto Danubio ab his ſe arceri dicat Ouidi.nõ intelligo:niſi accipias illos Cimeriũ Boſphoꝝ tranſfretare:& in Tauricã regionẽ accedere qđ non placet. Metereaq; turba.

Metoniũ
Neuri
Getæ
Daci

Aut urbẽ Metereã eã intellige:quã Ptolemæut ſupra Thyrã fluuiũ ponit penes Daciã & Metoniũ appellat:aut certe Neurea legas:ut Neuros intelligas apud quos oriẗ boryſthenes:ut eſt autor Plyni.Neuroꝝ meminit ẽt Curtius.Põponiꝰ:ac Dionyſius.Getæq; Cetas Strabo eos appellatos dicit:q ad põrũ ĩ oriẽtem uergebant.Dacos uero q in oppoſitũ uerſus Germaniã & ad Iſtri fontes : quos olim Dauos uocatos fuiſſe arbitraẗ.Plyni.ſcribit ſcythaꝝ gẽtes uarias fuiſſe:inter cæteros getas põit:quos a Romanis Dacos noĩatos ſcribit:eos ita ẽt noĩat Ptolemæus. Mediis aq̃s Danubii.Aq̃s Danubii diſterminãtibꝰ urbẽ Tomon a nationibus ſupradictis. Niſi tm̃ frigus.Fuere.n.urbes illæ in ſeptẽtriõali regiõe.In uetuſtiſſimo codice hoc carmẽ ita legi.Lõgius hac nihil eſt terra niſi frigus & hoſtis. Aſtricto gelu. Cimeriꝰ Boſphorus q Aſiã ab Europa ſeparat.&(ut diximus)in.xxx.ſtadioꝝ lõgitudinẽ excurrit:ita glaciaẗ:ut mare illud pedibus plærũq; perviũ ſit:ut Plyni.docet:quã glaciẽ dicit poeta eſſe paulo ultra terras ad quas relegatꝰ eſt:uel certe intellige ponti partẽ quã brumali rigore durari dximus ſupra ex autoritate Põponii.Scribit ẽt Herodotus(autore ẽt Gelio)mare Boſphoꝝ qđ ſcythicũ dr̃ gelu ſtringi & cõſiſtere. Hactenꝰ.uſq; ad Danubiũ:quẽ dicit eſſe terminũ romani impii. Euxini ſiniſtri.Pontici maris.q eſt a ſiniſtra nauigãtibus ad Cimetiũ Boſphoꝝ. Eſt ps romana.Eſt ditionis romanæ.

Baſternæ

Baſternæ.Baſternæ populi fuere(ut Dionyſius ſcribit)ad oceanũ ſeptẽtrionalẽ uerſi.Eos ptolemæus ſcribit fuiſſe in Sarmatia Europæ plutarchꝰ in paulo Aemilio docet Baſternas circa iſtrũ incolentes gentẽ fuiſſe pugnacẽ: & eq̃tatu maxime ualẽtem

Galatæ
peucini
peuce

quos & galatas appellarũt.Hos Tacitꝰ peucinos noĩat:dubitatq; Sarmatiſne an germãis aſcribat:q̃uis ſermone:cultu:ſede:ac domiciliis ut germani agãt.Eruptõi aũt iſtri flumĩs magna ꝓpior ẽ ĩſula peuce noĩe eã baſternæ quũ occupaſſent:peucini ſũt appellati.Baſternas ãt põpeiũ domuiſſe ac de his triũphaſſe autor eſt plyni.Eos ẽt.C.Cæſar domuit:ut Diodorus refert.Sed poſtmodũ Auguſto impatore credendũ eſt eos a romanis defeciſſe:quẽadmodũ aliæ ẽt gẽtes:ut Florus docet.De Sarmatis ãt abũde diximus ſupra.



Dicti autem

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Galatarũ appellatio

Dicti aũt fuere Galatæ a filio Herculis: quẽ Galatẽ appellarũt: ut eſt autor Diodorus. Ea aũt regio a pluribus natiõibus colebaẽ: quæ inuicẽ gẽtiũ nũero differebaẽ. Tenẽt ꝓxia. Tenẽt loca Iſtro uicina. Hæc eſt nouiſſima: Hæc terra ad quã relegatus ſum eſt extremus terraꝝ populi rõani terminus. Ne ſit cũ patria. Ne amiſſa patria perdã etiã pacẽ: hoc petit ut amiſſa patria: ſaltẽ pacato uiuat citra ullũ hoſtilem tumultũ. Nõ bñ ſũmouet. Nõ bene arcet. Carmẽ. Præcepta amatoria. Et error. Et ĩprudẽtia ac caſus: de quo ſupradiximus. Alterius facti. Erroris. Altera ps ſupeſt. Reſtat ut purgẽ me de carmine amatorio. Doctor obſcœni adulterii. Præceptor amoris. Fas ergo ẽ. Carmẽ amatoriũ nõ eſſe culpãdũ arguit: idq; nõ potuiſſe Auguſtum in maioribus occupatum recte iudicare ſignificat. Aliqua: Aliq̃ rõne & mõ. q.d. dũ ẽt fallũtur aliquo mõ: quũ res nõ pẽriculate intuẽtur: ut tu Auguſte: q̃ præ magnis negociis non potuiſti carmẽ meũ legere. Et ſũt notitia. Multa ſunt inq̃t q̃ a te reiiciunẽ tãq̃ friuola tenuia & minora tuis uiribus ut fuere mea carmina: q̃bus uerbis ꝑ ĩſinuationẽ reddit auguſtũ beniuolũ. Orbẽ pẽdẽtẽ. Impiũ terraꝝ ĩ te ĩclinatũ. Inferiora. Minora orbe ĩpo: ut fuere mea carmina de arte amatoria. Imparibus mõis. Verſu elego. Ea moles. Ea reꝝ magnitudo. Ineptis luſib⁹. Inepto carmini. Nũc tibi pãnonia eſt. Natio ĩgẽs circa Iſtrum per longum incolẽs ab Iapodũ populis ſupra Dardanos ꝓtẽdiẽ. Hi peones a græcis: a romanis pannonii appellati fuere: & ab illis iter illyrios numerabanẽ: Autor Appianus: De Pãnoniis hæc Florus. Pãnonii duobus ſaltibus ac tribus fluuiis: Drauo: Sauo: Iſtroq; uallãẽ: Ad eos domãdos Auguſtus Vibiũ miſit: cæſi ſũt ĩ utriſq; fluminibus arma uictoꝝ nõ ex more belli cremata: ſed capta ſunt & in ꝓfluẽtes data: ut cæteris q̃ reſiſtebãt: ſic uictoria nũciareẽ. Nunc illyris ora domãda. Poſt finẽ belloꝝ ciuiliũ Auguſtus (ut Florus docet) reliq̃ bella geſſit aduerſus exteras gẽtes: q̃ diſtricto circa mala ſua impio diuerſis orbis oris emicabant. Noua q̃ppe pax necdũ aſſuetæ frenis ſeruitutis tũidæ gentiũ inflatæq; ceruices ab ĩpoſito nup iugo reſiliebãt. Ad ſeptẽtrionẽ cõuerſa ferme plaga ferocius agebat: Norici: Illyrici: Pãnonii: Dalmatæ: Myſi: Thraces: & Daci: Sermatæ: atq; Germanici: Noricis aĩos dabãt alpes atq; niues ꝙ bellũ nõ poſſet aſcẽdere. Sed oẽs illius cardis

Peones
Pannonii

Bellũ illyricum

Hæc eſt auſonio ſub iure nouiſſima: uixq;
Hæſit in imperii margine terra tui.
Vnde ꝓcor ſupplex ut nos in tuta releges:
Ne ſit cũ patria pax quoq; adempta mihi.
Ne timeã gentes quas nõ bñ ſũmouet hiſter:
Neue tuus poſſim ciuis ab hoſte capi.
Fas ꝓhibet latio quẽquam de ſanguine natũ
Cæſaribus ſaluis barbara uincla pati.
Perdiderint cũ me duo crimĩa: carmẽ & error
Alterius facti culpa ſilenda mihi.
Nã nõ ſum tãti: remouẽ ut tua uulnera cæſar:
Quem nimio plus eſt indoluiſſe ſemel.
Altera pars ſupereſt: qua turpi carmĩe factus
Arguor obſcœni doctor adulterii.
Fas ergo eſt aliqua cæleſtia pectora falli.
Et ſunt notitia multa minora tua.
Vtq; deos cœlumq; ſimul ſublime tuenti
Non uacat exiguis rebus adeſſe ioui.
A te pendentem ſic dum circumſpicis orbem
Effugiunt curas inferiora tuas.
Scilicet imperii princeps ſtatione relicta
Imparibus legeres carmina facta modis?
Non ea te moles romani nominis urget:
Inq; tuis humeris tam leue fertur onus.
Luſibus ut poſſis aduertere numen ineptis:
Excutiaſq; oculis ocia noſtra tuis.
Nũc tibi pãnonia eſt: nũc illyris ora domãda:
Rhetica nunc ꝓbẽt: thraciaq; arma metũ.

ppl'os Brẽnos: Senones: atq; Videlicos Auguſtus ꝑ priuignũ ſuũ Claudiũ Druſũ pacauit. In illyricos aũt ĩpe expeditionẽ ſũpſit. Agũt ãt hi ſub alpib⁹: imaſq; ualles eaꝝ: & q̃dã q̃ſi clauſtra cuſtodiũt abruptis torrẽtib⁹ ĩplicati. Fieri igr̃ põtẽ Auguſtus ĩpauit. Hic ſe & aq̃s & hoſte turbãtibus cũctãti ad aſcẽſũ militi ſcutũ de mãu rapuit: & ĩ uia primus tũc agmĩe ſecuto quũ illyricus multĩtudĩe põtẽ ſuccidiſſet: ſauci⁹ manib⁹ accrurib⁹ ſpecioſiore ſanguine & ĩpo piculo auguſtior terga hoſtiũ ꝑcidit. De his aũt eũ poſt Marcũ Antoniũ deuictũ triũphaſſe ſcribit Appian⁹: ex cui⁹ ſnĩa de illyria alibi plura dixim⁹. Illud addim⁹ ab Euſtathio ſcribi illyriã ab illyrio Cadmi filio appellata. Rhetica nũc ꝓbent. Rheti (ut docet Strabo) ad italiã uſq; ptinẽt: q̃ ſupra Veronã & Comũ ẽ. Rheticos & Noricos exiſtimat Appian⁹. C. Cæſarẽ quũ aduerſus Celtas depugnaret ſubægiſſe: aut Auguſtũ quũ peones aggredereẽ bello ſupaſſet: ĩ medio q̃ppe amborũ ſedes hñt: nec ullũ ĩ Rhetios aut Noricos bellũ geſtũ priuati ſe reppiſſe ſcribit: ſed eos cũ reliq̃s finitimis deuictos aſſerit. Iuſtinus lib. xx. ſcribit Tuſcos duce Rheto auitis ſedib⁹ amiſſis alpes occupauiſſe: & noĩe ducis gẽtẽ Rhetioꝝ cõdidiſſe. Plynius inter alpiũ ĩcolas ponit ẽt Rhetos: quos Noricis uicinos eſſe ſcribit: & tuſcoꝝ ꝓlem fuiſſe a gallis pulſos duce Rheto: a qua regione Maro Rheticũ uitẽ noĩauit. Et Plyni. ſcribit Rhetica uina in ueronẽſi agro fuiſſe: Ea nũc eius urbis incolæ Vernatias uulgo appellãt: falernis tm̃ poſthabita ex Marõis ſnĩa: & Strabo docet Vinũ Rheticũ iter italica egregie cõmẽdata ñ ſane inferius in mõtanis illoꝝ radicibus naſci. Thraciaq; arma. Thraces quoq; cũ cæteris deſciuerãt. qui &

Illyria
Rheti

Rhetica
uina
Thraces
domiti



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſignis militaribꝰ:& diſciplina armis ēt romanis aſſueti fuerant.Sed a piſone ꝑdomiti in ipa captiuitate ra biē oſtēderūt:qppe quū cathenas morſibꝰ tētarēt:feritatē ſuā ipſi puniebāt.Scribit Herodotꝰ gētē Thra cū ſecūdū Indos oīum maximā eē:q̄ ſi aut unius īperio regeret:aut idē ſentiret:inexpugnabilis eēt:& om niū gētiū ualidiſſima.Pauſanias ēt ſcribit nullā nationē ꝑter galliā Thracia maiorē eē. Nūc petit arme nius pacē.Armenios uicto rege Tigrane in hoc unū genus aſſueuerat:Pōpeius ut rectores a romanis acci peret:intermiſſum ergó ius Auguſtus ꝑ Caiū nepotē recupauit nō incruēto nec inulto tñ certamine: q̄p pe Domnis quē rex Artaxatis ꝑfecerat ſimula ta ꝓditione ad ortus uiꝝ intētū libello:quem ut theſauroꝝ rōnē cōtinētem ipſe porrexerat interfecit autor Florus.Armenia autē duplex fuit maior & minor Aſiaticæ regionis prouin ciæ:ut lib.vi.docet Plynius Lucanus populos utraq; uagātes Armenia Dicta autē Armenia (autore Iuſtino)ab Armenio Theſſalo uno de numero ducū Iaſonis:qui recollecta multitu dine quæ amiſſo Iaſone rege paſſim uagabaẗ: Armeniā cōdidit.Idē uẽ ſentire Strabo ita ſcri bens.Armenius ex Armenia Theſſaliæ urbe: quæ inter Pheras & Lariſſam iacet iuxta Bœbeida cū Iaſone in Armenia militauit.dicūt ex hmōi noīe Ar meniā appellatā. Parthus nūc porrigit arcus.Auguſtus(autore Iuſtino(finito hiſpano bello ī Syriam ad cōponēdū oriētis ſtatū ꝑuenit:metuq; Phraharti iniūxit ne bellū Parthiæ uellet īferre.Itaq; tota Parthia captiui ex Craſſiano ſiue Antonii exercitu recollecti ſignaq; cū his militaria Auguſto remiſſa: Sed & filii nepoteſq; phrahartis obſides Auguſto dati:pluſq; Cæſar magnitudīe nois ſui fecit:q̄ armis alius īpator facere potuiſſet:Strabo ēt refert Phrahartē regē parthoꝝ tñ circa Cæſaris amicitiā ſtuduiſſe : ut illi etiā Throphæa remitteret:q̄ parthi de romanis erexerāt:& uocato ī collogo Tito:q ꝑ id tēpus Syriæ præerat: quattuor ei filios legitimos obſides tradidit:Saroſpadē:Coroſpadē:Phraanem:& Boonem:& duas eoꝝ uxores & filios quattuor ſeditionem metuens & ne ſibi inſidiæ ſtruerentur. Scribit Tranquillus parthos & Armenios uindicanti Auguſto facile ceſſiſſe:& ſigna militaria quæ.M.Craſſo : & Antonio ademerant repoſcenti reddidiſſe:obſideſq; optuliſſe:quos quodam muneris die miſſos per mediā harenā ad ſpecta culum induxit:illud ſciendum parthorum imperium ab exulibus ſcytarum deductum fuiſſe.autore Iu ſtino.Vnde parthi ſcytico ſermone exules dicunẗ de parthis plura Plynius:& Iuſtinus li.xl. Nūc te ꝓle tua.Germanicā expeditionē deſignat:quā Druſus Auguſti priuignus ſuſcepit eiꝰ auſpiciis: quē poeta ſu perius Auſoniū ducē appellauit:hic uero Auguſti ꝓlē noīat:qm̄ eius erat priuignus & frater Tiberii.Scri bit Tranquillus Auguſtum Germanicū atq; pannonicū bellum per legatos ad miniſtraſſe:ut tñ aut inter ueniret:aut nō lōgius abeſſet: Sciebat Auguſtus patrem ſuum Cæſarem bis tranſuectū pontē rheno q̄ſiſ ſe bellum.In illius honorem cupiit facere prouinciam.Miſſus in eam ꝓuinciam Druſus primos domuit Vſipetes.Inde cæteros ꝑcurrit ut Marcominos:Cheruſcos:Sueuos:& Sicābros: quoꝝ equos:pecora : tor ques:ipſoſq; præda diuiſit ac uendidit:præterea in tutelam ꝓuinciæ ꝓſidia ubiq; diſpoſuit ꝑ Moſam flu men:per Albim:per inſurgiam:per rheni q̄dem ripam q̄nquaginta amplius caſtella direxit:bonā & geno ſiam pontibus iūxit claſſibuſq; firmauit.Inuiſum atq; inacceſſum in id tempus hyrcinū ſaltum patefecit. Ea deniq; in germania pax erat:ut mutati hoīes alia terra cœlum ipſum mitius molliuſq; ſolito uiderẽ. Eam deniq; non per adulationē:ſed meritis defuncto ibi Druſo ipſi q̄d nunq̄ alii: ſenatus cognomen ex ꝓuincia dedit.Autor Florus.Germania aūt(autore Tacito)a gallis.rhetiiſq;:& pānoniis rheno & Danu bio fluminibus a Sarmatis Daciſq; mutuo metu & mōtibus ſeparatur. Cætera oceanus ambit latos ſinus & inſulaꝝ immenſa ſpatia cōplectens.Idem autor ſcribit Germaniæ uocabulum:recens: & nuper addi tū: quoniā qui primi rhenū traſgreſſi gallos expulerint:ac nunc Tūgri:nūc germani uocati ſint:Ita natio nis nomen non gentis eualuiſſe paulatim:ut oēs primum a uictore ob metum: mox a ſe ipſis inuēto noīe Germani uocarenẗ. Bellaq; pro magno Cæſare.Senſus eſt.Druſus bella gerit ꝓ Auguſto. Appellat aūt Druſum Auguſti priuignū Cæſarem:ut ēt Germanicū in faſtis:quū inq̄t.Excipe pacato Cæſar germani ce uultu:Sunt q faciāt hunc ſenſum.Auguſtus pugnat cum Bruto & Caſſio Caii Cæſaris interfectoribꝰ q̄d falſum eē hac ſola rōne manifeſtum eſt:qm̄ Auguſtus ſuſcepit Germanicam expeditionem poſt bella ciuilia ut ſuperius docuimus ex Flori ſentētia. Deniq; ut in tuto.Ordo eſt.Deniq; ut pro qualiter: Vel deniq; nulla pars imperii eſt quæ labet:ut ꝓ ſicut in tāto corpore.ſ.imperii:q̄tum nō extitit unq̄:nam nū q̄ romanum impium maius fuit q̄ fœliciſſimo Auguſti tpe. Vrbs quoq; te.Vrbem Auguſtus ꝓ maieſta te imperii ornatam & inundationibus incendiiſq; obnoxiam excoluit:adeo ut iure ſit gloriatus marmo ream ſe relinquere q̄ lateritiam accepiſſet.Idem in ea publica opera plurima extruxit: Spatium urbis ī re giones uicoſq; diuiſit:inſtituitq; ut illas annui magiſtratus ſortiti tuerentur.autor Trāquillus. Et legū laſſat tutela tuaꝝ.Leges retractauit ēt Auguſtus:& q̄ſdā ex integro ſanxit:ut ſumptuariā & de adulteriis & de pudicitia:đ ābitu:de maritādis ordibꝰ:diuortiis modū īpoſuit:multaq; alia ad urbis cōmodū cōſti tuit:quæ oīa pleniſſime exequiẗ Suetonius. Et moꝝ.Auguſtus īpetratis a ſenatu decē adiutoribꝰ unū quéq;

Nūc petit armenius pacē:nūc porrigit arcus
Parthus eq̄s:timida captaq; ſigna manu.
Nunc te prole tua iuuenem germania ſentit:
Bellaq; pro magno cæſare:cæſar habet.
Deniq; ut in tanto quantum nō extitit unquā
Corpore pars nulla eſt:quæ labet imperii.
Vrbs quoq; te & legum laſſat tutela tuarum
Et morum:ſimiles quos cupis eſſe tuis.

Trachum gens omnium maxia
Armenii uicti
Armenia duplex
Armenia unde dicta
Auguſtus in Syriam
Signa auguſto a parthis remiſſa
Parthorū nomen
Germanica expeditio
Germania
Germaniæ uocabulū
Vrbē ornauit Auguſtus
Leges Auguſti
Cenſura Auguſti

queq́ꝫ eqtũ rõnẽ uitæ reddere coegit atqꝫ ex ĩprobatis alios pœna: alios ignominia notauit: plures admonitiõe: notauitqꝫ aliquos ꝙ pecũias leuiorib⁹ uſuris mutuati grauiore fœnore collocaſſẽt. Miror ĩ hoc igĩ. Quũ inqt regꝫ magnitudĩe obrut⁹ ſꝑ fueris: minádũ ẽ te nũq̃ ſcripta mea attigiſſe. Ex quo latẽter deſignat nõ potuiſſe eũ dánare ob carminis laſciuiá ĩcognita cá & uerſu. At (ſi qđ mallé) Incipit arguere nullũ eẽ in eius carmĩe crimẽ relegatiõe dignũ. Seueræ frõtis. Seueritaté ullá ĩ pría pagina ꝑſe ferẽtia. Romanas erudiũtqꝫ nurus. Nec docẽt amare caſtas mulieres.

Non tibi contingunt: quæ gẽtibus ocia ꝓſtas
  Bellaqꝫ cum multis irriquieta geris.
Miror in hoc igitur tãtarum pondere rerum
  Vnq̃ te noſtros euoluiſſe iocos.
At ſi (quod mallem) uacuus fortaſſe fuiſſes:
  Nullum legiſſes crimen in arte mea.
Illa quidẽ fateor frontis non eſſe ſeueræ
  Scripta: nec a tãto principe digna legi.
Non tamen iccirco legum contraria iuſſis
  Sunt ea: romanas erudiuntqꝫ nurus.
Neue q̃bus ſcripſi poſſis dubitare: libellĩe
  Quattuor hos uerſus e tribus unus habet.
Eſte procul uittæ tenues inſigne pudoris.
  Quæqꝫ tegis medios inſtita longa pedes.
Nil niſi legitimũ conceſſaqꝫ furta canemus,
  Inque meo nullũ carmine crimen erit.
Ecq̃d ab hac oẽs rigidas ſũmouimus arte
  Quas ſtola cõtingi: uittaqꝫ ſumpta uetat?
At matrona poteſt alienis artibus uti:
  Quodqꝫ trahat: quãuis non doceat: habet.
Nil igiẽ matrona legat: quæ carmine ab omni
  Ad delinquendum doctior eſſe poteſt.
Quodcunqꝫ attigerit: ſi qua ẽ ſtudioſa ſiniſtri
  Ad uitium mores inſtruet inde ſuos.
Sumpſerit annales: nihil eſt hirſutius illis:
  Facta ſit unde parens ilia nempe leget.
Sumpſerit æneidẽ: genitrix ubi prima reqret
  Aeneadum genitrix unde ſit alma uenus
Perſequar inferius: modo ſi licet ordine ferri
  Poſſe nocere animis carminis omne genus
Non tamen iccirco crimẽ liber omnis habet
  Nil ꝓdeſt: quod non lædere poſſit idem.
Igne quid utilius? ſi q̃s tamen urere tecta
  Cœperit: audaces inſtruit igne manus.
Eripit interdum: modo dat medicina ſalutem.
  Quæqꝫ iuuet mõſtrat: q̃qꝫ ſit herba nocẽs.
Et latro & cautus ꝑcingitur enſe uiator:
  Ille ſed inſidias hic ſibi portat opem.

Quibus ſcripſi. Quib⁹ tradidi ea ꝓcepta amatoria. E trib⁹ unus. Vnus e tribus illis libris de arte amádi cõpoſitis: quoꝝ eruditio & elegátia tãta & tã multiplex eſt: ut nõ relegatiõe: ſed ampliſſimis honoribus & præmiis dignus fuerit poeta. Vittæ tenues. Virgĩes deſignat & ĩnuptas ꝑ uittas ut plenius diximus in ſecũda editiõe Enarrationũ noſtraꝝ nõ ueſtales. ut quidam falſo ſuſpicati ſunt: per inſtitá uero nuptas intellige. Ecquid. Nunquid. Oẽs rigidas. Omnes ſeueras matronas. Ab hac arte. Ab arte amádi. Vetat contingi. Prohibet uiolari. At matrona poteſt. Docet eẽ al'ſ artes: quib⁹ corrũpi poſſunt romæ caſtiſſimæ fœmiæ. Quod trahat. Quod ſequaẽ. Nil igitur matrõa legat. Nullum ſcriptoꝝ genus a matronis excutiendum eſſe aſſerit: ſi hæ præſertim ſint ſiniſtræ mẽtis: quoniá nullũ eſt ſcriptũ: in quo nõ ſit aliquid quod nõ poſſit in deteriorẽ partẽ & in uitiũ interꝓtari. Ad delinquẽdũ. Ad peccádũ. Eſt ſtudioſa ſiniſtri. Studet rẽs in ſiniſtrá & contrariá partem accipere. Sũpſerit annales. Si ſumpſerit libros geſta populi rõani cõtinẽtes obſeruato cuiuſcunqꝫ anni ordine. Quid aũt ſint annales abũde docet Gelius. Nihil eſt hirſutius illis. Nihil eſt illis ſeuerius ná reꝝ geſtaꝝ memoriá cõtinẽt: nõ uoluptuoſa: & laſciua. Hirſuti át ſeueri uidẽẽ: Iuuenalis. Hiſpida mẽbra q̃dẽ: & duræ ꝑ brachia ſetæ Promittũt atrocẽ aĩum. Facta ſit uñ parẽs ilia. Quomodo ilia ſeu Rhea Siluia grauida e Marte gemĩos pepit. Hiſtoriam hẽs apud Liuiũ. Ouidiũ faſtoꝝ: & alios. Sed eá ex oĩbus plenius exeq̃tur Dionyſi⁹ Halicarnaſius. Sũpſerit æneidẽ. i. ſi acceperit diuinum Maronis opus. Genitrix ubi prima requiret. Ordo eſt. Studioſa ſiniſtri prima hoc eſt ante alias uel primũ ut ſit nomẽ ꝓ aduerbio reqret ubi. i. quo in loco alma uenus ſit facta genitrix ſubaudi æneæ q̃ri. n. poteſt a ſtudioſa ſiniſtri fœmina ubi cõcubuerit Venus cum Anchiſe. Alludit aũt ad carmẽ illud Maronis. Tu ne ille æneas: quem dardanio anchiſæ Alma uen⁹ phrygii genuit ſimoẽtis ad undas. Aeneadũ genitrix. Rõanoꝝ mẽ. Vnde ſit. Vnde ducat originẽ: q̃ſi dicat a partibus obſcœnis Saturnũ. n. (autore Macrobio) aiũt abſcidiſſe Cœli pẽis pudẽd a q̃bus in mare deiectis Venerẽ ꝓcreatá fabuláẽ: q̃ a ſpuma uñ coaluit αφροΔιτη nomen accepit. Proſequar ĩferius. Ordo eſt. Inferius ꝓſequar oẽ gen⁹ carmĩs poſſe nocere aĩs: ſi mõ licet ferri ordĩe. Iccirco. Hanc ob cauſam ꝙ ĩ ſcriptis ſit aliq̃d quod poſſit animis nocere. Si q̃ eſſe ſiniſtri ſtudioſa uoluerit. Habetur crimẽ. Criminari põt. Eripit interdum. Docet a ſimili mediciná quoqꝫ hẽre ꝓcepta q̃bus mortalibus ſalus aut daẽ: aut adimiẽ: qđ melius aperit eo uerſu. Quæqꝫ iuuet mõſtrat. Et latro. Et craſſator uiarum.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Díſcitur innocuas ut agat facundia cauſas.
Protegit hæc ſontes immeritoſq; premit.
Sic igitur carmen: recta ſi mente legatur.
Conſtabit nulli poſſe nocere meum.
Et tãdem uitiũ qcunq; hoc concipit: errat:
Et nimiũ ſcriptis abrogat ille meis.
Vt tamẽ hoc fatear: ludi quoq; ſemina ꝑbent
Nequitiæ: tolli tota theatra iube
Peccãdi cauſam q̃ multis ſæpe dederunt:
Martia cũ durum ſternit harena ſolum.
Tollatur circus: non tuta licentia circi eſt.
Hic ſedet ignoto iuncta puella uiro.
Cũ q̃dam ſpatietur in hac ut amator eodem
Conueniat: quare porticus ulla patet?
Quis loc⁹ ẽ tẽplis anguſtior? hæc quoq; uitet
In culpã ſi qua eſt ingenioſa ſuam.
Quũ ſteterit iouis æde: iouis ſuccurret ĩ æde:
Quam multas matres fecerit ille deus.
Proxima adoranti iunonia templa ſubibit
Pellicibus multis indoluiſſe deam.
Pallade conſpecta natum de crimine uirgo

¶ Vt agat innocuas cauſas. Vt tractet cauſas iuſtas: quod etiam docet Cicero & Fabius. Vnde Oratorẽ uolunt eſſe uirum bonum. Protegit hæc ſontes. Tamen aliqui contra inſtitutũ oratoris cauſas iniquas ſuſcipiunt. Quicunq; concipit hoc uitium. Quicunq; exiſtimat hoc q̄ carmẽ poſſit etiam nocere. Errat. Fallitur. Abrogat. Detrahit. Ludi quoq; ſemina præbent Nequitiæ Ludi etiam qui in deorũ honorem fieri ſolent habent ſemina quædam laſciuiæ. Tolli tota theatra iube. Ironice dicit. Ergo q̄a habent ſemina laſciuiæ remouendi ſunt ludi: & loca ubi ſiunt? quaſi dicat non. De theatris in arte amandi ita ſcribit Ouidi⁹. Sed tu præcipuæ curuis uenaꝛ theatris. Hæc loca ſũt uoto fertiliora tuo: & paulopoſt ſubiũgit. Spectatũ ueniũt: ueniũt ſpectenꝛ ut ipſæ ille locus caſti dãna pudoris habet. Et Proptius. Colla caue iflectas ad ſũmũ obliqua theatrũ. Peccãdi cauſam. Ludi etiã gladiatorii fuere cã ut multæ peccarẽt: id q̄d etiã Ouidius in arte amãdi docet: quũ ait. Hos aditus circuſq; nouo ꝑbebit amori Sparſaq; ſolicito triſtis harena foro: ĩ enarratione quoq; uerſuum de gladiatoribus abũde diximus. Quũ harena martia. Quũ harena ubi pugnã gladiatores inibãt: cuius deus ẽ Mars. Sternit durũ ſolũ. Hoc dicit q̄a ludi gladiatorii exhibebanꝛ ĩ foro harena cõſtrato. Tollaꝛ circus. Idẽ aptius in primo de arte amandi ita oſtendit. Nec te nobilium fugiat certamen equorum Multa capax populi cõmoda circus habet. Lege q̃ in eo loco de Circo: & ludis circẽſibus ſcripſimus. Quũ q̃dã ſpatiaꝛ in hac. Porticus quoq; oſtẽdit habere q̄d poſſit obeſſe: quũ amicæ illic ſpatiãtes amatores expectarẽt. De porticibus abunde diximus in Ouidiũ de arte amãdi. Idẽ. n. ſæpius repetere nimis moleſtum eſſet. Quare porticus ulla patet. Cur porticus ædificatur & omnibus patẽt: quaſi dicat: Ironice tamẽ: Porticus q̄ eo ueniunt amantes nõ deberent patere. Quis locus eſt templis anguſtior. Templa etiã deorum probat habere quod poſſit obeſſe. Nec tamen ideo ea eſſe uitanda colligit. Hæc autẽ omnia eo pertinẽt: ut a ſimili carmen amatoriũ a ſe compoſitũ excuſet. Hoc idem docet etiam in principio primi de arte amãdi de tẽplo ueneris aſſyriæ & iudæorum ac etiam Iſidis. Si qua eſt ingenioſa in ſuam culpam. Si qua eſt ingenioſa ad peccandum illic cum amantibus: uel ſi qua eſt ingenioſa ad interpretandum poſſe ſibi templa criminis cauſam & locum afferre. Quum ſteterit iouis æde. Quum uenerit in ædem Iouis

Fœminæ a Ioue cognitæ

Capitolini. Quam multas matres fecerit. Quam multas grauidas fecerit. Sane Iupiter primam mortalem fœminam Nioben phoronei cognouit: ultimã Semelem: quam ſextamdecimam a Niobe ſcriptores genitam tradunt: a cuius primum maioribus gignere homines cœpit: in eaq; ipſa deſiit: poſthac nullius appetiit concubitum mortalis: neminem ſperans huic ſimilem fore nolenſq; melioribus immiſcere deteriora: autor Diodorus. Iupiter quoq; apud Homerum libro. xiiii. Iliados itaq; alloquitur. Nunq̃ enĩ tam imperioſus neq; fœminæ neq; deæ amor pectora mea poſſedit. Non uxor Ixionis quæ præſtantiſſimum Pirithoum genuit: non Danae Acriſionis filiæ quæ inſigniſſimum uirorum perſea peperit: nõ phœnicis filia quæ mihi ſingulares uiros Minoem Rhadamantumq; progenuit: non Thebanæ: Semele: atq; Alcmene: quarum hæc magnanimum Herculem: illa iucunditatem hominum Dionyſium mihi ac filiũ enixa eſt: non Cereris nõ Latonæ & reliqua. Proxima adoranti. Ordo eſt. Quum fœmina ingenioſa in ſuã culpã ſubibit tẽpla Iunonia proxima ſcilicet ædi Iouis ſuccurret illi adoranti deam Iunonẽ indoluiſſe m!tis pellicib⁹. Pallade cõſpectu. Viſa palladis ſtatua. Natũ d̃ crimĩe. Natũ d̃ lite. Nã quũ Vulcan⁹

Vulcani & Mineruæ fabula

diis arma feciſſe: eiq; Iupiter optionẽ dediſſet ꝑmii quod uellet poſtulandi: iuraſſetq; (ut ſolebat) per ĩfernam palludem ſe nihil negaturum: tum faber claudus Mineruæ nuptias poſtulauit: hic Iupiter optimus maximus tanta religione conſtrictus abnuere non potuit. Mineruam tamen monuit repugnare: pudicitiamq; defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudiſſe ſemen aiũt. Vnde ſit Erichthonius natus: idq; illi nomen impoſitum ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονός. id eſt ex certamine atq; humo: autor Lactãtius. Fabulã refert etiã Seruius & Ouidius libro metha. ſecundo. Auguſtinus ſcribit hũc puerum Athenis in Vulcani Mineruæq; templo inuentum ſerpente implicatum: & quia regnum ſibi portẽdebatur diligenter enutritum.

Quare

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

❡Quare ſuſtulerit erichthoniū. Quare Erichthonium educarit ſic Lactātius. Sic ne illæ quidē uirgines illibatam caſtitatem ſeruare potuerunt. Vnde eni putemus Erichthonium eē natū? an ex terra ut poetæ uideri uolunt. At res ipſa clamat. Et paulopoſt: Cur igitur inquit uirgo eum puerum cū dracone concluſum & obſignatum tribus uirginibus Cecropidis cōmendauit. Euidēs (ut opinor) inceſtum: quod nullo modo poſſit colorari. Venerit in magni tēplum Martis ultoris deſignat: quod Auguſtus bello philippē ſi pro ultione paterna ſuſceptum uouerat: in quo uoluit de bellis triumphiſq; conſuli ſenatum: ſanxitq; ut ꝓuincias cum imperio perituri ex eo deducerentur: quiq; uictores rediiſſent: eo inſignia triūphoꝝ inferrent: autor Tranquillus.

Martis ultoris templum.

Suſtulerit quare quærer erichthonium:
Venerit in magni templū tua nomina martis
Stat uenus ultori iuncta uiro ante fores.
Iſidis æde ſedens cur hāc ſaturnia quæret
Egerit ionio boſphorioq; mari
In uenerē anchiſes: in lunā latmius heros:
In cererem iaſius qui referatur erit.
Omnia peruerſas poſſunt corrūpere mentes
Stant tamen illa ſuis omnia tuta locis.
Sed procul a ſcripra ſolis meretricibus arte
Sūmouet ingenuas pagina prima manus
Quæcūq; erumpit qua non ſinit ire ſacerdos
Protinus hæc uetiti criminis acta rea eſt.
Non tamē eſt facinus uerſus euoluere molles
Multa licet caſtæ non facienda legant:
Sæpe ſupercilii nudas matrona ſeueri:

Stat uenus ultori. Quaſi dicat: ſuccurrit adulteriū Martis cū Venere. Intelligit aūt ædē Veneris genitricis iunctā Martis tēplo: de qua diximꝰ in primo de arte amādi. Stat ante fores. Stat ante tēpli ianuā. Iſidis æde ſedens. De tēplo Iſidis diximus in prio de arte amādi. Cur hāc ſaturnia. Iuno Iſidem ægit per mare Ionium & Boſphoꝝ: q; ea cū Ioue cōcubuerat. Notū eſt Io Inachi filiā ab ipſo Ioue ante Iunonis aduētum cōuerſam eſſe in uaccā: cui Iuno œſtrum imiſit quo toto orbe fatigata: tādē aliquando uenit in ægyptū: & illic in Iſim cōuerſa eſt. Trāſiit aūt ꝑ mare Ioniū ac Boſphoꝝ: quod ab ea ita appellatum fuiſſe Seruius ſcribit. Ionio mari. Mare qđ prio ſinus accipit Europa ægæum dicit: quod ſequenti in ore Ionium. Adriaticū interius. quod ultio nos Tuſcū græci Tyrrhenum perhibent ut docet Pōponius. Scribit Plynius græcos Ioniū mare diuidere in Siculū & Creticū. Seruiꝰ quoq; docet Ioniū ſinū eſſe immēſum ab Ionia uſq; ad Siciliā: & huius partes eē Adriaticū. Achaiū. Epiroticū ut nō imerito Maro ioniū magnū appellarit. Idē ab Ionia ꝓuincia Ioniū appellari exiſtimat. Appianus uero ab Ionio Dyrrachi filio: ut antea diximus. In uenerē anchiſes. Succurrit ēt Anchiſen e Venere ſuſtuliſſe Aeneā: quū ad eiꝰ tēplū uentū erit. In lunam latmius heros. Endymionē deſignat a Latmio mōte cariæ cognominatū: de quo Cicero in primo tuſculanaꝝ ita ſcribit. Endimion uero ſi fabulas audire uolumus: neſcio quādo in Latmio obdormiuit: qui eſt mons cariæ nondū opinor eſt experrectus: num igiť eū curare cēſes: quando luna laboret: a qua conſopitus putať: ut eū dormientē oſculareť: quod ideo fingiť: quoniā primus (autore Plynio) lunæ curſum deprehēdit. Scribit Strabo apud Latmiū montē cariæ. Endymionis ſepulchrum poſitū in ſpelunca quadā oſtēdi. Ouidius libro. iii. de arte amādi. Latmius endymion non eſt tibi luna pudori: & propertius. Nudus & endymion phœbi cœpiſſe ſororem Dicitur: & nudæ concubuiſſe deæ. Martialis eū dormitorē appellat a lōgiſſimo ſomno: quo correptus eſt in Latmio mōte: quum ſic iquit. Quid tibi dormitor proderit endymion. In cererem iaſius. Iaſium filium Abantis argiuorum regis fuiſſe cōperio. Fuit etiam iaſius de quo hic poeta intelligit filius Iouis & electræ: fraterq; Dardani & Armoniæ Cadmi uxoris: qui ſumpta uxore Cybele Corybantum genuit: a quo Corybantes appellati ſunt. Ex iaſio autē & Cerere plutonem natum fabulæ tradunt. Quin in gratiam iaſii conſtat frumenti copiam a Cerere dono datam in nuptiis Armoniæ. autor Diodorus. Scribit Dionyſius Halicarnaſeus iaſium Cereris concubitum appetentem in Samothracia inſula fulmine percuſſum interiiſſe. Higynus etiam ſcribit Iaſiona a Cerere dilectum atq; ad ſydera perlatum. Ouidius libro nono metha. Queritur caneſcere mitis Iaſiona ceres. Illa omnia. Ea quæ poſſunt corrumpere mentes peruerſas. Stant tuta. Neminem offendunt: tuto poſſunt frequentari. Suis locis. Si locis ſuis conſiderarenť: ut ſi uiſo ioue non furta: ſed deum eſſe cū cogitabimus. A ſcripta arte ſolis meretricibus. Ab arte amandi quā ſolis meretricibus ſcripſimus reiectis uirginibus & matronis. Quæcunq; erupit. Arguit a ſimili ream eſſe illam. quæ prohibita & reiecta inſpexit eius præcepta: quemadmodum ea quæ prohibente ſacerdote erupit quo non licet. Supercilii ſeueri: Seueræ grauitatis. Nudas. Scilicet meretrices: quæ nudæ Floralia magna licentia celebrabrāt. Cur autem meretrices ludos Florales celebrarent: cauſam aſſignat Ouidius libro quarto Faſtorū. Quod autem nudarenť: docet Valerius maximus ſcribens Catone theatrum ingreſſo nō auſum eſſe populum in ludis Floræ poſtulare: ut mulieres nudarenť: Catonemq; e theatro diſceſſiſſe: ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret. Martialis. Noſſes iocoſæ dulce quum ſacrum floræ. Cur in Theatrum Cato ſeuere ueniſti? An ideo tantum ueneras ut exires? Fuit autem Flora mulier: quæ quum magnas opes quæſtu meretricio quæſiuiſſet,: populum Romanum ſcripſit hæredem certamque pecuniam reliquit: cuius ex annuo fœnore natalis eius dies celebraretur editione ludorum: quos Floralia dixerunt:

Boſphorū mare
Aegæum mare
Ionium
Adriaticū
Tuſcum
Endymionis fabula
Iaſius
Corybātus
Corybantes
Iaſius cum cerere concubuit
Floralia
Flora dea

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

quod quia ſenatui flagitioſum uidebatur:ut ſcribit Lactantius:ab ipſo noie argumentum ſumi placuit: ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur:deamq; eſſe finxerút:quæ floribus præeſſet:quá prius Chlorim appellatum fuiſſe ſcribit Ouidius in faſtis:eamq; zephyro nuptam quaſi dotis loco id accepiſſe muneris a marito:ut haberet florum oíum poteſtatem. Erát autem ludi florales iocoſi. In his ædiles cicer: Fabam aliaq; eiuſmodi populo ſpargebát:ut eſt autor Porphyrio. Inſtituta aút ſunt floralia (ut Plynius docet) menſe Aprili. hoc eſt. iiii. calédas Maii. anno urbis quingenteſimo. xvi. ex oraculis Sibyllæ: ut oía bene defloreſcerét:quoꝶ diem Varro determinauit Sole tauri parté quartádecimá optinété quoniam ſi in quatriduum inciderit plenilunıū:fruges & oía quæ florebút lædi neceſſe ſit Floralia ſcribit Ouidius in fine Aprilis in calendas. Maias. Floram enim ita alloquitur. Incipis aprili:tráſis in tempora Maii. Alter te fugiens quum uenit alter habet. Ad floralia aút per tubam meretrices accerſebant. Iuuenalis. Dignissima prorſus Florali matrona tuba.

**Chloris**

**Floralia quo die inſtituta**

Et ueneris ſtantes ad genus omne uidet:
Corpora ueſtales oculis meretricia cernunt:
Nec domino pœnæ res ea cauſa fuit.
At quare in noſtra nimia eſt laſciuia muſa?
Cur ue meus cuiq̄ ſuadet amare liber?
Nil niſi peccatū:manifeſtaq; culpa fatéda eſt.
Pœnitet ingenii:iudiciiq; mei.
Cur non argolicis potius quæ concidit armis
Vexata eſt iterum carmine troia meo:
Cur tacui thebas:& mutua uulnera fratrum:
Et ſeptem portas ſub duce quanq; ſuo.
Non mihi materiam bellatrix roma negabat
Et pius eſt patriæ facta referre labor.
Deniq; cū meritis impleueris omnia cæſar:
Pars mihi de multis una canenda fuit.
Vtq; trahūt oculos radiantia lumine ſolis:
Traxiſſent animum ſic tua facta meum.
Arguor immerito:tenuis mihi cápus aratur:
Illud erat magnæ fertilitatis opus.
Non ideo debet pelago ſe credere: ſi qua
Audeat exiguo ludere cymba lacu.
Forſan in hoc dubité nūeris leuioribus aptus
Sim ſatis:in paruos ſufficiamq; modos.
At ſi me iubeas domitos iouis igne gigantes
Dicere:conantem debilitabit onus.

Stantes ad omne genus ueneris. Stantes uel in proſtibulis ſtare ſolitas ſenſus eſt. Meretrices utūt omni genere coitus:& tñ nudæ a matronis ſæpenumero ſpectant:dum nudæ celebrant floralia: Corpora meretricia. Meretrices ipſas. Hoc dicit. Veſtalibus quoq; caſtitati obnoxiis licet ſpectare meretrices impune.

Nec domino pœnæ. Dominū pœnæ pōtificé Maximū appellat:q in ueſtales animaduertebant ſi inceſtum commiſiſſent:ut docet Plutarchus. & Ouidius in faſtis. Cur ue meꝰ nequam. Legitur etiam cuiq̄. Seipſum autem dánat poeta ꝙ i libris de arte amádi nimia uſus fuerit laſciuia & amatoria ꝑcepta tradiderit.

Cur non argolicis. Varias materias deſcribit:quibus ſe laudem cōparare potuiſſe dicit: ſi in his potius q̄ in ꝑceptis amatoriis laborare uoluiſſet. Vexata eſt iterum. Troia iterū dicitur uexari carmie quū eius caſus & ruina quaſi uera clades deſcribitur. Et mutua uulnera fratrū. Per mutua uulnera fratrum. Eteoclis & Polinicis morté itellige:qui mutuo ictu cecidere ut Diodorus ſcribit & Statiꝰ:cecinit: ex quo Thebanū bellú deſignat. Et ſeptem portas. Thebæ ab autoribꝰ Eptapylæ ſūt nominatæ:qa ſeptem portis ambiebant. Vñ Statius oñdens Nioben quattuordecim habuiſſe filios ait. Bina per ingétes ſtipabát. funera portas:& alibi. Tunc uiſa leuari Culmina ſeptenæq; iugo concurrere portæ. Sub duce quáq; ſuo. Septé. n. reges cōtra Eteoclé pro Polinice cōſpirarunt. ſ. Achaſtus Argiuorum rex. Amphiaraus. Hyppomedon. Capaneus. Tydeus. Parthenopeus:& Polinices: pro quo bellū geſtū eſt Adraſti ductu & auſpiciis. Vnde Propertius dixit. Longe miſer agmina ſepté Flebis i æterno ſurda iacet ſitu. In oppugnatione autem thebarum hoꝶ ducū unuſquiſq; portá ſibi oppugnandá ſumpſerat. Pars una de multis. Vna pars meritoꝶ tuoꝶ quæ multa ſunt. Vtq; trahunt oculos. Hic Ouidius Platonem ſequitur:qui de ui oculoꝶ atq; uidédi rationibus a ſtoicis atq; epicureis diſſentit. Stoici. n. cauſas eé uidédi dicūt:radioꝶ ex oculis in ea quæ uideri queút emiſſioné aeriſq; ſimul intétioné. Epicurei uero affluere ſemper ex omnibus corporibus ſimulacra quædam corporum ipſorū eaq; ſeſe in oculos inferre atq; ita fieri ſenſum uidendi exiſtimarunt. At Plato putat genus quoddam ignis luciſq; de oculis exire:idque coniunctū continuatúq; uel cum luce ſolis:uel cú alterins ignis lumine ſua ui externa nixum efficere:ut quæcunq; offenderint illuſtrauerintq; cernamus. Vnde nocte lumine abſente: aut proxime aere obtenebrato non amplius producitur a nobis radiorum fluxus. Arguor immerito. Dicit ſe imerito reprehendi ꝙ nō ſcripſit aliquid eorū quæ præpoſuit:quoniá humili magis q̄ arduæ materiæ aptū ſe eé itelligit.

**Thebæ Eptapylæ**

**Duces Thebani**

**Videndi ratio**

Tenuis campus. Tenuis materia. Iuuenalis. Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo. Arat mihi. A me tractatur. Illud opus. Vel bellum thebanum:& reliqua uel Auguſti geſta. Forſan in hoc dubitem. Se fatetur dubitare an ſit ſatis aptus leuiori ſcribendi generi & elegis. Numeris leuioribus. Tenuiori materiæ. Gigantes domitos. Bellum giganteum. Onus. Operis difficultas.

Materia

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶Materia ne ſuperetur opus. Ne maior ſit materia q̄ opus & carmen. Auſus eram. Auſus eram ſcribere tua geſta. Sed detractare uidebar. Videbar recuſare: quia ingenium nō erat aptum materiæ. Quodq; nephas. Ordo eſt. Et uidebar eē damno tuis uiribus: quod ſubaudi erat nephas. Iuuenilis carmina. Carmina iuuenum luſus tractantia. Eſt aūt figura appoſitio. Moui meū pectus. Solicitaui aut moui ad ſcribendū mētem meā. Falſo amore. Simulando me aut eē aut fuiſſe amore captum. Mea fata trahebāt. Fata uoluere ut ſcriberem laſciuas res: & ob eam cauſam poſtea relegarer. Vetit os toros. Caſtas matronas. Me magiſtro. Me eaꝝ p̄ceptore. Q đ

Diuitis ingenii eſt immania cæſaris acta
  Condere: materia ne ſuperetur opus.
Et tñ auſus eram: ſed detrectare uidebar.
  Quodq; nefas damno uiribus eſſe tuis.
Ad leue rurſus opus iuuenilia carmina ueni.
  Et falſo moui pectus amore meum.
Non eqdē uellem: ſed me mea fata trahebant
  Inq; meas pœnas ingenioſus eram.
Hei mihi cur didici? cur me docuere parētes
  Litteraq; eſt oculos ulla morata meos.
Hæc tibi me inuiſum laſciuia fecit ob artes:
  Quas ratus es uetitos ſollicitaſſe toros.
Sed neq; me nuptæ didicerūt furta magiſtro
  Quodq; parū nouit nemo docere poteſt
Sic ego delitias: & mollia carmina feci.
  Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.
Nec qſquā eſt adeo media de plæbe maritus
  Vt dubius uitio ſit pater ille meo.
Crede mihi diſtant mores a carmine noſtro.
  Vita uerecunda eſt: muſa iocoſa mea eſt:
Magnaq; ps mendax opeꝝ eſt & ficta meorū
  Plus ſibi permiſit compoſitore ſuo.
Nec liber indiciū ē animi: ſed hōeſta uolūtas
  Plurima mulcendis auribus apta refert.
Accius eēt atrox: conuiuia terentius eſſet:
  Eſſent pugnaces qui fera bella canunt.
Deniq; compoſui teneros non ſolus amores.
  Compoſito pœnas ſolus amore dedi.
Quid? eſt niſi cū multo uenerē cōfuderē uino
  Præcepit lyrici teia muſa ſenis?
Leſbia qd docuit ſappho: niſi amare: puellas?
  Tuta tamen ſappho: tutus & ille fuit.
Nec tibi battiade nocuit: quod ſæpe legenti
  Delicias uerſu faſſus es ipſe tuas.

parum nouit. Quod parum parcepit: quaſi dicat non potui docere nuptaꝝ furta qñquidē ea ignoro: nec nuptam ullam uiolaui. Strinſerit meū nomen Læſerit meā famā. Fabula nulla. Nullus ſermo quo nuptas turpe aliqd docuerim: aut ꝙ meis præceptis aliqua uiolata dicaſ. Sit dubius pater. Dubitet pater eiꝰ filium eſſe alterius: & ex adulterio procreatū. Vitio meo. Meis præceptis. Plus ſibi pmiſit. Plus ſibi cōceſſit laſciuiæ pars magna meorum operum. Cōpoſitore ſuo. Me Ouidio: q ea compoſui. Nec liber indicium eſt animi. Non ex libro mentem alicuius cognoſcimus uel laſciuiam uel ſeueram. Sed honeſta uolūtas. Sed mea uolūtas honeſta aſperſit laſciuia quadā ſcripta: ut ea legētium aures demulceret. Accius eſſet atrox. Exemplis probat poetas non uerſu: ſed uita probādos. Eſſet atrox. Eſſet crudelis propterea ꝙ tragœdias ſcripſit. Fuit enī. L. Accius (autore Euſebio) tragœdiarū ſcriptor natus Mācino & Serano cōſulibꝰ: parentibus libertinis: qui ſeni iā Pacuuio Tarenti ſua ſcripta recitauit: a quo & fundus Accianus iuxta Piſauꝝ appellatus: qa illuc inter colonos fuerat deductus ex urbe. Conuiua Terentiꝰ eēt. Hoc dixit qa Terētiꝰ ī Andria deſcribit conuiuium a quibuſdā adoleſcentibus celebratū fuiſſe. Deſcribit etiā parcā Simonis cœnā & piſciculos emptos obolo. Eſſent pugnaces. Eſſent bellicoſi. Quid niſi cū multo. Incipit eos cōmemorare poetas: qui de amoribꝰ libros compoſuere. Cōfundere uenerem cū multo mero. Dare operā Veneri multo uino priꝰ hauſto: ſic & Apuleiꝰ liberū ueneris horatorē & armigerum appellat. Lyrici ſenis. Anacreōtis poetæ lyrici. Fuit. n. Anacreon lyricus poeta ætate Piſiſtrati & Pherecydis hiſtorici. Pithagoræ magři autore Euſebio. Teia muſa. Anacreōtis muſa. is enī Teon patriā habuit: ut eſt autor Strabo. & nos de eo alibi plura ſcripſimꝰ. Lesbia qd docuit ſappho. Sappho Lesbia pria plectrū reppit: libros lyricos nouē cōpoſuit. Epigrāmata. Nænias. Iābos: & Elegias: ut Sudas eſt autor. Huius aūt poemata laſciua erant. Vnde in arte amandi ita Ouidius ait. Nota ſit & ſappho: quid enim laſciuius illa? & Oratius. Viuūq; commiſſi calores fidibus puellæ.

L. Accius poeta

Accianus fundus

Anacreon poeta

Sappho

Tutus & ille fuit: Anacreon ob carminis laſciuiam nulla pœna affectus eſt. Nec tibi battiadæ nocuit. Battiades Callimachus appellatur: a Batto generis ſui autore: qui Cyrenen condidit: ut Strabo. Herodotus: & Iuſtinus ſcribunt. Compoſuit autem Callimachus uerſus de inſulis. Poemata omni genere carminum: Lyden puellam amauit: de qua etiam elegias ſcripſit. Propertius. Sed neque plægræos iouis enceladique tumultus Intonet anguſto pectore callimachus: & alibi. Callimachi manes & coi ſacra philetæ In ueſtrum quæſo me ſinite ire nemus. Is autem Fabii iudicio in elegia primas tenuit. Delitias tuas. Tuos amores.

Battiades Callimachus

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Fabula iucundí nulla eſt ſine amore menādri:
Et ſolet hic pueris:uirginibuſq; legi.
Ilias ipſa quid eſt niſi turpis adultera? de qua
Inter amatorem pugna uirumq; fuit.
Quid prius ē illic flāma chryſeidos: aut quæ
Fecerit iratos rapta puella duces.
Aut qd odiſſea eſt? niſi fœmina ꝑpter amorē
Dū uir abeſt multis una petita procis.
Quis niſi mæonides uenerē:martēq; ligatos
Narrat in obſcœno corpora ꝑhenſa toro?
Vnde niſi indicio magni ſciremus homeri
Hoſpitis igne duas incaluiſſe deas?
Omne genus ſcripti grauitate tragœdia uicit
Hæc quoq; materiā ſemper amoris habet.
Nā qd ī hyppolito ē? niſi ſæuæ flāma nouer-(cæ
Nobilis eſt canace fratris amore ſui.
Quid? nū tātalides agitante cupidine currus
Piſæam phrygiis uexit eburnus equis?
Tingeret ut ferrū natorū ſanguine mater
Cōcitus a leſo fecit amore dolor.

¶ Fabula iucundi. De Menandro lege quæ ſcripſimus in enarrationibus in Ouidium de arte amādi. Ilias ipſa. Homeri opus de ilio. Niſi turpis adultera. Helenam deſignat. Inter amatorem: Amatorem paridem. Virum uero Menelaum intellige. Quid prius eſt illic flamma chryſeidos? Quid in pricipio ſtatim iliados deſcribitur: certe Agamemnonis amor erga chryſeida continetur. Rapta puella: Briſeis Achilli erepta ab Agamemnone: cuius rei cauſa ortæ ſunt īter eos inimicitiæ: De Agamēnonis amore erga chryſeida & de rapru briſeidos repete quæ ſcripſimus in ſecundo de arte amandi. Niſi fœmina. Niſi penelope Vlyſſis uxor. Dū uir abeſt. Dū errat Vlyſſes poſt troiæ excidium. Mæonides. Hōerus Cur autē Mæonides dictus ſit: alibi diximus. Venerē martemq; ligatos. Veneris & Martis adulteriū deſignat: quos Vulcanus tenuiſſimis rætibus depræhēdit ac diis ridiculos præbuit. Fabulā habes apud Ouidium in Meta. & libro ſecundo de arte amandi: & in prio de ſine titulo & apud Homerū in odyſſea. In obſcœno toro. In lecto ubi obſcœnum adulterium cōmiſſū fuit. Hoſpitis igne. Amore ulyſſis. Duas deas. Calypſo & Circen. Incaluiſſe. Captas fuiſſe amore. ſic & in ſecūdo de arte amādi. Non formoſus erat: ſed erat facundus Vlyſſes. Et tñ æquoreas torſit amore deas. In enarratiōe quoq; uerſuū q̄dā diximus huic loco conueniētia. Grauitate tragœdia uincit. Graues. n. res in tragœdiis tractantur propter reges & magne auctoritatis ꝑſonas in illis ītroductas. Hæc quoq; materiā. Cōtinēt tamen etiā amores: quod ita eſſe probat exēplis. Sæuæ nouercæ. Phædræ crudelis: quæ fuit cauſa mortis Hippoliti: quū ille noluiſſet turpi eius petitioni aſſentiri: nota eſt fabula Ouidii metha. monumētis. Maronis carmine: & Senecæ etiam tragœdia. Nobilis eſt canace. Canace ex fratre Machareo filium peperit: quo ſcelere cōperto ſeipſam iuſſu patris interfecit. Macareus uero in tēplū Apollinis delphici confugit. Quid? num tātalides. Legit̃ ét. Quis niſi tātalides. In ipſa autem peloponneſi ciuitate Mars & Aegina Aſopi filia genuit Oenomaum: hic unicam filiam Hippodamiā appellauit. finē uitæ ab oraculo ſciſcitante reſponſum eſt tunc in fata illum cōceſſurum: quum filia hippodamia nupſiſſet. Igitur filiæ nuptias ueritus decreuit ut in ꝑpetua aſſeruaretur uirginitate hoc maxime exiſtimans pacto uitæ periculum uitaturum. Multis puellam ſibi uxorem dari poſtulantibus illis id propoſuit certameu: quo qui uictus eſſet interficeretur. uictor uirginem uxorem duceret. Equorū inſtituit curſum a piſa ad aram Neptuni. quæ eſt apud iſthmum corinthi: Curſus erat eiuſmodi. Oenomaus arietem ioui ſacrificabat: qui uirginem poſtulabat quattuor equorum ferebatur curru. Oenomus ſacris peractis curſu ſequebatur præcedentem auriga Mirthilo aſſecutum haſta quam geſtabat manu: interficiebat: hoc pacto quum plures equorum uelocitate interfeciſſet: pelops Tantali filius qui piſis acceſſerat uiſa hippodamia id concipiens connubium corrupto Mirthilo illius opera uictoria uſus eſt: primuſq; ad aram neptuni peruenit. Qua ex te dolore actus Oenomaus piſæ regnum tenuit: qui uiribus ac prudentia inſignis quum plurimos in peloponneſum accolas deduxiſſet: eam patriam peloponneſum ab ſe denominauit: autor Diodorus: Fabulam etiam Seruius refert. Agitante cupidine currus. A more currus impellente. Piſæam. Hippodamiam ex piſa ciuitate arcadiæ. Phrygiis equis. Pſilla & Hirpina: quos equos pelops e phrygia ueniens ſecum duxit: Hirpini meminit Martialis eo uerſu: Hirpini ueteres qui bene nouit auos. Pelopen Thucydides refert magnitudine opum quas e phrygia attulerat. deuinxiſſe ſibi peloponneſi incolas: qui pauperes erant. atq; ita inſulam occupauiſſe. Eburnus. Eburnus pelops uocatur a poetis: quoniam Tantalus eius pater (autore Seruio) uolens deorom tentare diuinitatem eis inuitatis filium ſuum epulandum appoſuit: a quo omnes dii abſtinuerunt excepta Cerere: quæ brachiū eius conſumpſit: poſtea dii petente Tantalo: quum uoluiſſent eius filium reuocare ab īferis: Ceres ei eburneū brachium reſtituit: quod ideo fingitur: quia ceres ipſa eſt terra: quæ corpora uniuerſa cōſumit oſſa tantū reſeruans. Tingeret ut ferrum. Medeæ fabulam deſignat: quæ irata q̄ Iaſon ſe expulſa Glaucā ſeu Creuſam duxiſſet uxorem: in ultionē patris filios iugulauit: ut diximus in Ouidiū de arte amandi enarrando eum uerſum. Coniugis admiſſum uiolataq; iura mariti Barbara ꝑ natos phaſias ulta ſuos. In his aūt oībꝰ Tragœdiis: q̄ ī theatris recitabant̃ amores cōtinebāt̃. A læſo amore. Ab amnre medeæ ab Iaſōe uolato

Canaces & macharei fabula

Hippodamiæ fabula

Equi pelopis

Pelops eburnus

Fecit

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Fecit amor ſubitas uolucres cū pelice regem:
Quæq; ſuum luget nūc quoq; mater itym.
Si non europē frater ſceleratus amaſſet:
Auerſos ſolis non legeremus equos.
Impia nec tragicos tetigiſſet ſcilla cothurnos
Ni patriū crimē deſecuiſſet amor.
Qui legis Electrā: uel egētem mentis Oreſtē
Aegyſthi crimen: Tyndaridoſq; legis.
Nā q̄d de cetrico referā domitore chymeræ?
Quem letho fallax hoſpita pene dedit.
Quid loq̄r hermionē? q̄d te ſchœneia uirgo
Teq; mycenæo phebas amata duci?
Quid danaen? danaeſq; nu℞? matremq; lyæi

Fecit amor ſubitas uolucres. Terei tragœdiā itelligit. Nota ē fabula Ouidii met. carmīe. Ordo ē: amor fecit regē. ſ. Tereū cū pellice. i. Philomena ſubitas aues. Quæq; ſuū luget. Prognē deſignat Terei regis Daulidis uxorē: q̄ Itym filiū occidit: & patri appoſuit pp Sororē Philomenā uiolatā: poſtea mutata fuit ī luſciniā. Varro tñ & Serui⁹ Philomenā uerſam eē ī luſciniā ſcribūt. Si nō europē. Atrei tragœdiā itelligit: notū ē āt Europē. Atrei uxorē cū Thyeſte cōcubuiſſe: ut docet Seneca: qđ ægræ ferens Atreus liberos ei epulēdos appoſuit: q̄ ſol: ne pollueref: aufugit: plura diximus in enarrationibus nřis ī Ouidium de arte amādi. Illud notādū græcos. Atrei uxorem nō Europē: ſed Aeropē noīare. Impia nec tragicos. Fabulā hāc quoq;(ne ite℞ r̄petam⁹) ſcripſim⁹ ī prīo de remedio amoris. Tragicos cothurnos. Tragicū ſtilū. Qui legis electrā. Electrā tragœdiā deſignat: quā Sophocles apud græcos cōpoſuit: & ab eo ηλεκτρα inſcripta fuit. Eādē tragœdiā ſcripſit ēt Euripides. In ea enī īducif Electra Oreſtis ſoror: q̄ illū e manib⁹ clytēneſtræ matris & Aegyſthi uitrici liberauit: occultauitq; apud Strophiū phocēſem. Ipſa urnā ſimulatis fraternis oſſib⁹ extulit deflēs: Oreſtes ab argiuis adiut⁹ matrē Aegyſthū q; occidit: Electrā ſororē Piladi Strophii filio dedit uxorē quē in īſania ſp hūit comitē. Pollux tragœdia℞ hiſtrio hæc repñtaturus quū dolore filii pauloāte amiſſi angeref: allatis oſſib⁹ ī unā ex illius tumulo falſam actionem uero dolore īpleuit exēplo mēorabili. Nec egētē mētis oreſtē. Nec oreſtē adhuc īſanū ſcm̄. In alio exēplari magis emēdate legif. Qui legis electrā: ul' egētē mētis Oreſtē. Aegyſthi crim. Aegyſthi adulteriū cū Clytēneſtra: ul' certe Agamēnōis mortē: quē Aegyſth⁹ & clytēneſtra īterfecerūt quū a bello troiāo rediiſſet. Tyndaridoſq;. Et clytēneſtræ filiæ Tyndari ex læda: uxoriſq; Agamēnōis: q̄ cū ægyſtho Thyeſtis filio: dū bello troiāo marit⁹ īterfuit: adulteriū cōmiſit.

Nā q̄d de tetrico. Bellerophōtes filius fuit Glauci uir munere deū eximius tū roboris: tū decoris: quem Iupiter ſub impio Prœti regis oī græcia potētiſſimū eē uoluit: cuius uxor Sthenobæa: quū Bellerophōtē ad fortiuū cōcubitū allicer ñ potuit: accuſauit apđ regē q; ſe de ſtupro īterpellaſſet: & nolēti uī uoluiſſet īferr. Quæ quū audiſſet rex īgēti īdignatōe cōmotus. ueritus tñ iura familiaritatis oſtendere eū ī lyciam ad Eurien ſoce℞ mittit cū lr̄is: in q̄bus agebaf de eius morte: q ubi ī Lyciā puenit a rege lycio℞ honorifice excipif. Sed poſt poſtq̄ decim⁹ dies illuxit rex a bellerophōte q̄d lr̄a℞ attuliſſet e gn̄o q̄ſiuit ac dari popoſcit: q̄bus acceptis & lectis (cōtinebāt aūt & crimē Bellerophōtis & pœna) principio impauit Chymerā expugnet atq; occidit aīal īdomabile: īexpugnabile: neq; hūano: ſed diuīo gn̄e ortū: anteri⁹ q̄dē leonem: poſteri⁹ uero draconē: medio aūt caprā: atq; terribiles ex ore flāma℞ globos cū ſpū effūdētē. Hāc Bellerophōtes oīb⁹ deo℞ fretus auxiliis īteremit. Scđo loco iuſſus ē pugnare cū pugnaciſſimis Solymis: quoq; certamē ſolebat ipſe narrare: q̄ accerrimū fuiſſe. Tertio cōgreſſus cū fortib⁹ amazōibus eas īteremit. Poſtremo aliđ genus doli qūo hūc pimeret excogitat. Hoīum robuſtiſſimo℞ ad fōtē lyciæ īſidias collocat: ut reuertētē aggreſſi obtrūcarēt: ſed ipſi ecōtra nūq̄ domū reuerſi ſūt: ad unū oēs obtrūcanf: cui⁹ uirtutē admiratus rex ītatī filiā cū dimidia & regni & dignitatis portōe dedit uxorē: autor Hōerus lib. iliados. vi. Quid loq̄r hermionē? Hermionē Menelai uel (ut alii malūt) Theſei & Helenæ filiā fuiſſe cōſtat: quæ Oreſti Agamēnonis filio deſpōſata fuit. Sed quū Aegyſthus cū clytēneſtra Agamēnonis uxōre cōcumberet: & Electræ ſororis īduſtria (ut dixim⁹) ei⁹ māus euaſiſſet Oreſtes: cōceſſit illā Aegyſth⁹ Pyrrho Achillis filio: q poſtea ab Oreſte īterfectus fuit. Quid te ſceneia uirgo? Ceneia legēdū eſt. Atalātā. n. itelligit Cenei regis Sciri īſulæ filiā: cuius fabulā hēs apđ Ouidiū met. lib. x. Diodorus tñ nō Ceneū: ſed Scheneū illū appellat: a quo Scheneiā q̄dā uirginē nō Ceneiā malūt appellare. Teq; mycenæo. Caſſandram deſignat Priami regis filiā: quā poſt troiæ excidiū Agamēnō mycenas captiuā duxit captus eius amore. Eā aūt clytæmneſtra occidit: ut cecinit Homerus. Quid danaen? Danaes fabulā diximus in. iii. de arte amādi ſup eo uerſu. Quis danaen noſſet ſi ſp clauſa fuiſſet? Inq; ſua turri ſi latuiſſet opus. Danaeſq; nu℞. Andromedē deſignat: cuius ēt fabulā abūde diximus ī prīo de arte. Legi tñ ī alio codice (q̄đ magis ēt placet) Danaiq; nurus ut ad q̄nquagīta belides referaf: de q̄bus abūde dixim⁹ ī enarratiōibus ī Ouidiū de arte amādi. Matrēq; lyæi. Scribit Diodorus Iouē Semele ante prū fulmīe icta ſūpſiſſe ī fæmore īfātē: & ut clam Iunone eēt: uſq; ad pariendi tp̄s abſcondiſſe: ineq; Naxo inſula natū filiæ coronidi Cliediq; loci nymphis pbuiſſe educādū. Fulminaſſe aūt ante partū Semelen: ut non ex mortali: ſed ex duobus diis ortus e ueſtigio fieret īmortalis. Idē autor alibi ita ſcribit. Semelen Iupiter ob pulchritudinē in forma hoīs cognouit q̄đ exiſtimans a Ioue in ſui cōtemptū agi rogauit: ut ſecū pro ut cum Iunone aſſueuerat coiret. Iupiter dei maieſtate aſſumpta cū tonitribus ac fulgure ad eā deſcēdit. At illa p̄gnās quū neq; fulguris neq; tonitrus

Prognes fabula

Electræ tragœdia

Bellerophontes

Chymera

Scheneia uirgo

Caſſandræ mors

Bacchi & ſemeles fabula



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

uim ferre poſſet:ptu ĩmaturo edito expirauit.Infãtẽ Iupiter Mercurio dedit ad antꝝ nyſæ: qđ ĩter phœniciã nilumq; eſt deferẽdum a nymphiſq; oĩ ſtudio curaq; educãdum. Vñ ab a Ioue nyſaq; Dionyſium dixerunt.Idẽ ẽt alibi ſcribit iunonẽ zelo & ira motã ſumpta unius ex Semeles ãcillis forma ad ulciſcẽdum iniuriã ſuaſiſſe illi a ioue petere:ut ea maieſtate honoreq; cõcumberet:qbus cum iunõe cõſueſſet:cui quũ iupiter annuiſſet:cum tonitruo ac fulmĩe ad Semelẽ deſcẽdit.q̃ ĩſolita re territa expirãs abortum edidit: quẽ iupiter abſcõditum ĩ femur quum tenuiſſet partus tp̃e editum ĩ nyſam Arabiæ urbẽ tulit:ubi a nymphis educatus infans a patre locoq; appellat⁹ Dionyſius eſt.Fabulã ẽt refert Oui. li.iii.met.

Hemona?& noctes quæ coiere duas?
Quid generũ peliæ?qđ theſea.qđue pelaſgũ
Iliacam tetigit qui rate primus humum.
Huc iole:pyrrhiq; parens:huc herculis uxor:

Hemona? ſic qđẽ ĩ oĩbus exẽplaribus legit̃. Nõ me fugit Hemona Antigonẽ amaſſe:nam

Antigones tragœdia

Antigõe cõtẽpto edicto ne qs Polynicẽ mortuũ ſepeliret:eũ qm̃ frater erat hũauit:dephẽſa iuſſu Creõtis regis iugulat̃ ex lege ad tumulum polynicis Hemõ:q eã ĩpatiẽter amabat:pfoſſo pectore gladio ibidẽ ſibi mortẽ cõſciuit. Eum ſecuta

Hemonis mors

eſt mr̃ Eurydice doloris ĩpatiẽs. Tragœdia extat Sophoclis:q̃ antigõe ĩſcribit̃ hoc argumẽto: & Euripidis.Sed illic dephẽſa ĩ adulterio cum Hemõe dat̃ ei uxor:& parit Hemonẽ filiũ. Oui.Nec tibi ſi qđ amas fœlicius hemone cedat & Proptius.Quid nõ antigonæ tumulo Boetius hemõ Corruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus.Quare quum ſyllaba hic repugnet:niſi forte ita corrigas:Hemõa uel noctes & reliq̃ Alcmenã reponẽdum cẽſeo:nã ẽt poetæ ſenſus ut̃ ita expoſcere.Fuit ãt Alcmena(ut ſcribit Diodorus)filia Lectrionis & Eurydices a Perſeo oriunda.Ex Danaẽ.Acriſii ac ioue natum Perſea ferũt:ex eo Andromedeq; Cephei Lectrionẽ.Is deĩceps ſumpta Eurydice Pelopis Alcmenã ꝓcreauit.Hãc iupiter quum cognouiſſet: Herculẽ gẽuit:iouẽ.n.ferunt tres noctes ĩ unã redactas Alcmene operã dediſſe:qđ nõ amoris cupiditate: ut ĩ aliis mulieribus cõtigit:fcm̃:ſed pueri gignẽdi gratia.Itaq; nolẽs ui alcmenã aggredi:neq; fidẽs poſſe illi coitum ob eius prudẽtiã pſuadere:dolo mulierẽ aggreſſus ẽ Amphytriõis forma aſſumpta:ut ẽt Plautus docet.

Ex tribus noctibus unam fecit Iupiter

Et noctes q̃ coiere duas.Ex tribus noctibus unã feciſſe iouẽ diximus:ut Herculẽ cõcipet.Hic uero Oui.ex duabus tm̃ unã factã aſſerit. Vñ Soſia Plautinus ita loqt̃ ĩ Amphytriõe. Neq; ego hac nocte lõgiorẽ me uidiſſe cẽſeo. Quid gñeꝝ peliæ?Per gñeꝝ Peliæ Admetum accipe: q Alceſtẽ Peliæ filiã maiorẽ natu deſpõdẽte iaſone poſt Peliã Medeæ fraude pemptum duxit uxorẽ:Deſignat ãt hic Ouidius Alceſtidis tragœdiã:quã euripides ſcripſit:uñ a iuuenale dictum eſt. Spectãt ſubeuntẽ fata mariti Alceſtẽ.

Alceſtis admeti

Eã ãt amauit Apollo:& eius amore captus nouẽ annis Admeti pauit Armenta.De Admeto & eius uxore plura diximus ĩ tertio de arte amãdi.

Theſei geſta

Quid theſea?Tragœdiã de Theſeo ĩtellige: q(ut eſt autor Diodorus)natus ẽ ex Ethra Pitthei filia ac neptuno ĩ troezene nutritus penes Pittheum maternum auum:ac ſigna ab Aegeo ſub ſaxo poſita recognoſcẽs Athenas uenit.Is:ut Herculis uirtutes imitaret̃ ad ea certamina aĩum adiecit:q̃ laudẽ & gloriã ſibi eẽnt allatura:& prĩo Corinetum:deĩde Scinẽ ſuſtulit:poſtea aprum ſiluestrẽ ĩ Crõmiõe occidit.Scyronẽ ẽt Cercionẽ ac Procuſten deleuit.Taurum Marathonium ac Minotaurum domuit.Demum Phædræ accuſatione interempto Hippolyto turbatus Theſeus pulſus patria apud hoſpitem functus eſt uita.De Theſei interitu Pauſanias ita ſcribit.Aiunt Theſeum uinctum fuiſſe

Theſei mors

quoad ab Hercule reductus eſt.Sed omnium ueriſimillimum mihi uidetur:quod ita audiui.Quum Theſeus in Theſprotidas iuiſſet:ut Theſprotorum uxorem raperet magnã exercitus partẽ illic amiſit. Ipſeq; & Pirithous(is enim quærende uxori operam impendebat)capti ſunt:& uterq; a rege in uincula cõiectus in Cichiro oppido.Eo tempore Tyndari filii expeditionem in Aphidnam egerunt:oppidoq; capto Mneſtheum in regnum reduxerunt Mneſtheus filiorum Theſei qui ad Elpenorem in Euboiam clam emendati fuerant:nullam rationem ducebat.Sed quoniam Theſeo:ſi aliquando ex Theſprotis reduceretur:ſe uiribus haud parem fore intelligebat:popularem beniuolentium ſibi cõciliauit:ut ſi Theſeus ſeruatus rediret:excluderet.Interea Theſe⁹ in Cretam ad Deucalionem mittitur:ſed tempeſtate in Scyron inſulam delatus:a Scyriis honorificentiſſime ſuſceptus eſt.Adducebantur enĩ illi generis gloria & autoritate:quã ſibi Theſeus comparauerat.Iccirco Lycomedes ei necem per inſidias ſtruxit. Plutarchus ſcribit Theſeũ a Lycomede auxilium contra Athenienſes imploraſſe.Sed Lycomedes ſiue uiri gloriam reformidans. Siue Mneſthei ſibi gratiam conciliare uolens:ipſum quum ad regionis fines pduxiſſet: quaſi ĩde ſibi agros oſtenſurus ex ſaxis deturbauit atque interemit:quãquã alicui affirment per ſe nullo cogente: ſed errore loci poſt cœnam(ut conſueuerat)deambulantem cõcidiſſet:atq; in præſentia eius mors nemini curæ ac ſolicitudini fuit. Cimon poſtea Milciadis filius Scyron incolis deſertam reddidit ultus eo pacto Theſei necem oſſaque Athenas rettulit.In tragœdia autem Theſei deſcribebatur Helenæ raptus: eiuſq; opera: quam Pirithoo præſtitit ad rapiendam Proſerpinam:ut antea diximus.Deinde quo pacto Phædram & Ariadnam abduxerit. Tum Phædræ turpis amor erga priuignum Hippolytum & accuſatio:ĩ quib⁹ ſcriptis poeta deſignat amores contineri. Quidue pelaſgum?Proteſilaum dicit de quo plurima ſcripſimus in tertio de arte amandi. Vbi etiam Ioles fabulam plenius deſcripſimus. Pyrriq; parens. Deidamia Pyr-

Deidamia

rhi mater Lycomedis Scyroꝝ regis filia:apud quẽ Thetis Achillẽ ſub muliebri habitu celauit.qm̃ a Proteo acceperat illum perituꝝ eſſe in bello troiãa:ut Statius cecinit:Ex ea Pyrrhum peperit Achilles: cuius

Megara

amor continebat̃ in ea tragœdia. Huc herculis uxor.Megaram dicit:quã Creon rex thebarum cognita

Herculis

Huc accedat hylas:iliacuſcꝫ puer.
Tempore deficiā:tragicos ſi perſequar ignes
Vixcꝫ meus capiet nomina nuda liber.
Eſt & in obſcœnos deflexa tragœdia riſus.
Multaqꝫ præteriti uerba pudoris habet.
Nec nocet auctori:mollem qui fecit achillē
Infregiſſe ſuis fortia ſacta modis.
Iunxit ariſtides mileſia crimina ſecum:
Pulſus ariſtides nec tamen urbe ſua eſt.
Nec qui deſcripſit corrumpi ſemina matrum
Eubius impuræ conditor hiſtoriæ.
Nec qui compoſuit nuper ſibaritida fugit.
Nec qui concubitus non tacuere ſuos.

Herculis uirtutē illi uxorē dedit: urbiſcꝫ ei ueluti filio curā ꝓmiſit. Euriſtheus(ut ſcribit Diodorus)hn̄s argis regnū nota Herculis fama eū ad ꝑficiēda certamina accerſit:renuētē iuſſit Iupiter Euryſtheo obtēperare. At his delphos adiens cōſulto ſuꝑ his deo rn̄ſum tulit a diis iniūctū eē:ut Euryſthei iuſſu.xii.certamía ꝑficeret:q̄bus exactis īmortalitate potiret̄.Ex ea re haud paꝝ eſt aīo.cōmotus Hercules.Nā & ſua dignū uirtute uidebat̄ humiliori ſeruire:& Ioui ac patri nō obtēpare tū īutile:tū īpoſſibile ducebat:Hac anxietate ꝑplexo aīo iuno rabiē iniecit.Itacꝫ ī inſaniā(ut ēt ſcribit Seneca ī Hercule furēte) amētiácꝫ uerſus iolaū occidere uoluit.Quo fugiente filios q̄ ꝓpe Megarā ſtabāt:ſagittis uelut hoſtes appetiit:paulatī abſcedēte dementia ꝓteritū recognoſcens facinus doluit ex tāta calamitate: deīde ꝓpoſita certamīa abſoluit.Megarā uero uxorē iolao cōceſſit:aliaſcꝫ deīde ipſe accepit. ꝑ Her.tragœ.dſignat ī q̄ ↄtiebāt̄ her.āt uxorē: ꝑeota ei⁹ geſta & amores:ut ōſales ioles:aliaꝝcꝫ ēt mulieꝝ. Huc accedat hylas.Hylas puer fuit comes Herculis:quem amiſit ī ionia iuxta Myſiam.& quum fuerit cōptū ꝙ extīctus fuiſſet in fonte:inſtituta ſunt ſacra:in q̄bus ei⁹ nomen clamabat̄ ī fōtibus. Solinus ſcribit Hylā lacū Bithyniæ eē ī quē Hylā Herculis delitias cecidiſſe credūt.In cuius memoriā ſolēni ſaltatiōe popul⁹ lacū circuibat.Hylā uoce clamās. Scribit ēt Strabo lib.xii.Hylā unū e ſociis Herculis fuiſſe:q̄ ēt argouauta erat:& quū aquatū egrederet̄ a nymphis captū finxerūt. Fuit aūt in Bithynia iuxta Pruſiadē urbem:ubi adhuc feſta q̄dā celebrabant̄:ī q̄bus ꝑ mōtes uagi ac ſaltātes Hylā uocāt:q̄ſi ī ſiluas ad illū ingrēdū egrediāt̄.υλαω.n.reſono uel clamo ſignificat.Intelligit āt poeta aut tragœdiā de Hyla:aut Herculis tragœdiā:ī qua Hylas Herculis delitiæ cōtinebat̄. Iliacuſcꝫ puer.Et Ganymedes troianus filius Trois regis & frater ili & Aſſarici:q̄ a diis raptus eſt in picernā iouis:ut docet Diodorus.Potes & Atym phrygiū pueꝝ pulcherrimū ītelligere:quē Cybele caſto ſibi amore deuinxit:iuſſitcꝫ ut caſtus eius tēpla tueret̄:q̄ poſtmodū captus amore Sagaritidis nymphæ in furorē cōuerſus putans domū ruere:fugit:& ꝑ ſūma Dindymi mōtis phrygiæ q̄ deæ ſacer eſt:furioſe diſcurrēs arrepto lapideo cultro ſeipm̄ caſtrauit:ut docet in.iiii.faſtoꝝ Ouidius: de qua re hic tragœdiā cōpoſitā ītelligit. Ignes tragicos.Amores q̄ in tragœdiis cōtinent̄.Tragœdia aūt(ut in Minoe ſcribit Plato)eſt antiq̄ſſima : nec (ut plæricꝫ putāt)a Theſpide:aut Phrynico ſūpſit initiū:ſed multo ante ab athenienſi ciuitate. Quid aūt ſit tragœdia:& unde dicat̄:docet Diomedes grāmaticus. Nomina nuda.Nomina apta & obſcœna:uel (q̄d magis placet)noīa ſola eoꝝ:quoꝝ cā cōpoſita eſt tragœdia abſcꝫ alia uitæ eoꝝ narratione.q.d.ſola ipſa noīa tragœdiaꝝ uix poſſent numerari:nedū amores:q̄ ī illis cōtinent̄. In obſcœnos riſus.Tractāt̄ ēt plærūcꝫ in tragœdiis res obſcœne:quibus rident ſpectatores.Magis tn̄ emendare alibi legi in obſcœnos uerſus. Præteriti pudoris.Præterite obſcœnitatis.Inducit̄.n.aliq̄s olī obſcœnū aliq̄d geſſiſſe. Nec nocet autori.Nec nocet Homero. Infregiſſe fortia facta.Denigraſſe fortia eius geſta ob raptā Briſeida: aut lyra ꝑſonaſſe. Suis modis.Eius pertinacia uel laſciuia:aut certe ſuis modulationibus. Iuuxit ariſtides.Ariſtides libros quoſdā edidit:q̄ Mileſii appellabant̄ de luxuria & delitiis cōpoſiti:ut eſt autor Plutarchus:& Appianus:fuere autem Mileſii delitiis luxucꝫ notabiles.Vnde ꝓuerbiū græcoꝝ extat tale οι κοι τα μιλησια μη γαρευ θαδε.i.domi nō hic Mileſia. Iunxit ſecū.Ingenio ſuo accōmodauit aut ſimul cōpoſita ſcripſit. Mileſia crimina delitias & laſciuiā Mileſioꝝ.Fuere.n.ꝑ quam īpudici:ut in Craſſi uita docet Plutarchus. Pulſus ariſtides.Ariſtides(ut in tuſculanis docet Cicero) expulſus eſt patria ꝙ præter modum iuſtus eſſet.Sed hunc de quo hic Ouidius intelligit:alium fuiſſe manifeſto apparet. Nec q̄ deſcripſit.Nec Eubius hiſtoricus exulauit:ꝙ docuit partus matrū corrūpi & eiici. Semina matrū : Patrū: ſemen genitale:conceptum. Corrumpi:Violari:emitti. Impuræ cōditor hiſtoriæ.Credendum eſt Eubium hiſtoricum in eius opere hiſtoriam aliquam poſuiſſe : qua exponebat fœminam aliquam potione & ueneficiis partum corrupiſſe:quod quum fecerit:uidetur alios eiuſmodi crimen docuiſſe. Nec qui compoſuit nuper ſybaritida.Hemitheon Sybarita(ut ſcribit Lucianns in oratione ad ineruditum q̄ multos emptitabat libellos)mirificas leges conſcripſit quomodo inſanire oporteat:& uelli:pati : ac facere illa.De huius poetæ libellis obſcœniſſimo argumento compoſitis nimirum intellexit Martialis libro duodecimo eo uerſu.Qui certant ſybariticis libellis:De Sybaritarum luxuria multa Suidas & Strabo. Sybaritida.Opus Hemitheonis plenum Sybaritanæ laſciuiæ.Fuit autem Sybaris oppidum Calabriæ inter Crathim & Sybarim fluuios. Nec fugit.Nec exulauit.Nec qui concubitus.Eos poetas iutelligit:qui uarios concubitus carmine complexi ſunt:inter cæteros notatur Elephantis:qui apud priſcos uaria coeundi genera deſcripſit:ut plenius in Ouidium de arte amandi.

*Hylas puer*
*Ganymedes*
*Atys puer*
*Tragœdia*
*Ariſtidis libri Mileſii*
*Ariſtides*
*Hemitheon ſybarita*
*Sybaris*
*Elephãtis*



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

℄ Sũt q̄ ita legãt. Nec q̄ cõcubitus nõ tacuere ſuos. & philené notari intelligũt: fuit aũt philenis meretrix
quæ ut ex epitaphio græcis uerſibus cõſcripto cognoſcit᷑ carmĩe philocratis poetæ lacerat⁹: negat. n. ex
tumulo ſe unq̄ ea cõmiſiſſe q̄ ſcripſerat philocrates rogatqꝫ ne poetæ fides adhibeatur: ſcripſit hæc uaria
genera cõcubitus: notata ĩ obſcœno carmĩe: ubi figuras philenis tangit eã Tribadem appellat Martialis.

Sũt ea doctoꝝ. Ea inq̄t ſcripta q̄uis ſint obſcœna: tñ numerant᷑ ĩter doctoꝝ hoĩum monuméta. Mu
neribus ducũ. Cõcedétibus ĩpatoribus. Publica facta: ea ſcripta oĩbus expoſita. Patent. Aperta ſunt.

Sunt ea doctorum monumẽtis mixta uirorũ.
Muneribuſqꝫ ducum publica facta patent.
Neue peregrinis tantum defendat ab armis:
En romanus habet multa ioco ſa liber
Vtqꝫ ſuo marte cecinit grauis ennius ore:
Ennius ingenio maximus arte: rudis
Explicat ut cauſas rapidi lucretius ignis:
Cauſarumqꝫ triplex uaticinatur opus.

Ab armis pegrinis. Ab externoꝝ ſcriptorũ.
uoluminib⁹. Romanis liber. Poemata a rõa
nis & latĩs edita. Vtqꝫ ſuo marte. Q̃ueadmo
dũ inq̄t ſũt poetæ q̄ grauia ſcripſere: ut Enni⁹
& Lucretius: ſic quidã laſciua opa edidere: ut
Catullus & alii. Marté. Prælĩu & annales uer
ſu heroico: ut docet Gelius: q̄b⁹ bella Italiæ cõ
Ennius ingenio maximus
tinebant᷑: ut dixim⁹ in. iii. de arte amãdi. En
nius ingenio maxim⁹. Ingenio maximũ appel
lat: arte aũt rudé: q̄m poeta ille uſus eſt ĩuétio
ne & ſentétiis egregiis: ſed uerbis nõ multũ or
natis. Vnde Maro dicere ſolebat ſe ex ſtercor
T. Lucretius poeta
Ennii auꝝ colligere. Explicat ut cauſas. T. Lucretius poeta (autore Euſebio) amatorio poculo ĩ furoré
uerſus: quũ aliquot libros ꝑ ĩteruulla inſaniæ cõſcripſiſſet quos poſtea Cicero emẽdauit: ꝓpria ſe manu
interfecit anno ætatis. xliii. Rapidi ignis. Ignis oĩa rapiétis & cõſumétis. Lucretius. n. grauia hoc eſt na
turas reꝝ deſcribit: quas ꝑ igné ĩtelligit: de quo ita inq̄t. Veꝝ (ut opinor) itaqꝫ ſunt quædã corpora: quo
rũ Cõcurſus: motus: ordo: poſitura: figuræ Efficiũt ignis mutatoqꝫ ordĩe mutãt Naturã: neqꝫ ſunt igni ſi
mulata: nec ulli Præterea rei: quæ corpora mittere poſſet Séſib⁹: & noſtros a tactu tãgere tactus. Cauſa
Numerus cauſarum mundi
rũqꝫ triplex. Vt carmé hoc ĩtelligat᷑ Senecã audiamus. q̄ in epiſtola poſtrema octaui libri epiſtolaꝝ ad Lu
ciliũ ita ſcribit. Triplex cã eſt. Dicũt (ut ſcis) ſtoici noſtri duo eé in reꝝ natura: ex q̄b⁹ oĩa fiũt Cauſam &
Materiã. Materia iacet iners: res ad oĩa parata ceſſatura ſi nemo moueat. Eã auté ratio materiam format
& quocũqꝫ uult uerſat: ex illa uaria opera ꝓducit. Eſſe ergo dét unde fiat aliquid. Deinde a quo fiat. Hoc
Cauſa Materia
cauſa eſt: illud materia. Oĩs ars naturæ imitatio eſt: Itaqꝫ quod de uniuerſo dicebã ad hæc trãſfer quæ ab
homine faciéda ſunt. Statua & materia habuit quæ pateretur artificé: & artificem qui materiæ daret fa
ciem: ergo in ſtatua materia æs fuit. Cã opifex. Eadé cõditio reꝝ oĩum eſt. Ex eo cõſtat q̄d fit: & ex eo q̄d
facit Stoicis placet: unam cãm eſſe id quod facit. Ariſtoteles putat Cauſam tribus modis dici. Prima inq̄t
cauſa eſt materia ipſa ſine qua nihil poteſt effici. Secunda opifex. Tertia eſt forma: quæ unicuiqꝫ opi ipo
Idos
nitur tanq̄ ſtatuæ. Nam hanc Ariſtoteles Idos uocat. Quarta quoqꝫ inquit his accedit propoſitum totius
operis. Quid ſit hoc aperiã. Aes prima ſtatuæ cauſa eſt: nunq̄. n. facta eſſet: niſi fuiſſet id ex quo funderet᷑
duceretur ue. Secunda cauſa artifex eſt: non enim potuiſſet æs illud in habitum ſtatuæ figurari: niſi acceſ
ſiſſent peritæ manus. Tertia cauſa eſt forma: neqꝫ. n. ſtatua illa Doryphoros: aut Diadumenos uocaret᷑: ni
ſi hæc illi eſſet impræſſe facies. Quarta cauſa eſt faciédi propoſitum: niſi enim hoc fuiſſet: facta non eſſet:
quod eſt propoſitum quod inuitauit artificem? quod ille ſecutus fecit: uel pecunia eſt: hoc ſi uenditurus
fabricauit: uel gloria ſi laborauit in nomen: uel religio ſi donum templo parauit. Ergo & hæc cauſa eſt ꝓ
Idæa
pter quam fit. His quintam Plato addicit: Exemplar quam ipſe Idæam uocat. hoc eſt enim id ad quod re
ſpiciens artifex id: quod deſtinabat: effecit. Hæc exemplaria rerum oĩum deus intra ſe habet: numeroſqꝫ
uniuerſorum: quæ agenda ſunt: & modos mente complexus eſt: plenus his figuris eſt: quas Plato Idæas
appellat immortales: immutabiles: infatigabiles: innumerabiles. Itaqꝫ homines q̄dem pereũt Ipſa aũt hu
manitas ad quã homo affingit᷑ permanet: & hominibus laborantibus intereũtibus illa nihil patit᷑. Quin
qꝫ ergo cauſæ ſũt: ut Plato dicit: id ex quo: id a quo: id in quo: id ad quod: id ꝑꝑ quod: nouiſſime id: quod
eſt ex his: eſt tanq̄ ex ſtatua. Id ex quo æs eſt: id a quo artifex eſt: id ĩ quo forma eſt: quæ aptat᷑: id ad quod
exemplar eſt quod imitatur: is qui facit: id propter quod faciendi propoſitum eſt: id quod ex iſtis eſt: ipſa
ſtatua eſt. Hæc omnia mundus quoqꝫ (ut ait Plato) habet facientem: hic deus eſt. Ex quo fit hæc materia
eſt. Forma hæc eſt habitus: & ordo mundi quem uidemus. Exemplar. ſ. ad quod deus hanc magnitudi
né operis pulcherrimi fecit. Propoſitum propter quod fecit. Quæris quid ſit propoſitum? dei bonitas eſt.

Triplex opus cauſaꝝ. Tripartitam materiã uel triplicé effectum cãꝝ: ut Ariſtoteli placuiſſe dixim⁹. quã
uis & quartam addiderit. Ex quo deſignat Ouidius Lucretium cauſas rerum tres ex quibus omnia fiant
carmĩe complexum fuiſſe. In quodam tamé uetuſtiſſimo codice legi nõ cauſaꝝ: ſed caſurũ: ut dicat poe
ta Lucretium ceciniſſe quomodo tria elementa: Mare. ſ. Cœlum: ac Terra interitura: ſunt: quod lib. quin
to ita cecinit. Principio maria: & terras: cœlũqꝫ tuere. Quoꝝ naturam triplicem: tria corpora mẽmi: Tris
ſpecies tã diſſimilis: tria talia texta Vna dies dabit exitio: multoſqꝫ per annos. Suſtẽtata ruet moles & ma
china mũdi. Et Ouidius in epiſtola ad Liuiam de morte Druſi ita inquit. Ecce necé intentam cœlo: terræ
qꝫ: fretoqꝫ: Caſurũ triplex uaticinatur opus: quomodo autem cauſas ignis Lucretius deſcribat: diximus
ſupra. In enarratione huius uerſus: quidam delirant. Vaticinatur. Canit tanquam uates & poeta.

Sic ſua

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶Sic ſua laſciuo. Sic econtra alii fuere: ut Catullus: qui carminis laſciuia inſignes fuere. Catullus autem Leſbiam pro Clodia amicam nominauit: amauitq; ardentiſſime: carmineq; eam complexus eſt: & quoniam in Catulli mentionem incidimus ſenſum & ordinem ſecūdi epigrammatis: quod ita īcipit. Paſſer delitiæ meæ puellæ obiter enarremus: Poeta Catullus non deflet mortem paſſeris: non admiratur etiā eius luxus: ut plæriq; arbitrati ſunt. Sed cupit poſſe amorem pellere eo modo quo amica: quæ triſtitiā pōit ludendo cum paſſere: quod ſi contingeret: id illi tam gratum eſſet: q̄ malum aureolum puellæ Atalantæ fuiſſe ferūt.

Catulli locus

Sic ſua laſciuo cantata eſt ſæpe catullo
Fœmina: cui falſum leſbia nomen erat.
Nec contentus ea: multos uulgauit amores:
In quibus ipſe ſuum faſſus adulterium eſt.
Par fuit exigui: ſimiliſq; licentia calui.
Detexit uariis qui ſua facta modis:
Quid referā Tycidæ? qd mēmi carmē? apud quos
Nomen adeſt rebus: nominibuſq; pudor.

Eſt aūt ordo O paſſer delitiæ meæ puellæ qui cū ea ſolet ludere: qué illa ſolet tenere in ſinu: cui appetēti illa ſolet dare primū digitū & incitare acris morſus. Quūlibet deſiderio meo nitenti iocari neſcio quid carū. Et quem paſſeré credo eſſe ſolatiolum ſui doloris. Vt id eſt utinam. Terētius. Vt te dii deæq; oēs pdant poſſem tecū ludere ſicut ipſa. Et ꝑ: ideſt leuare curas triſtis animi quum grauis ardor. i. grauis dolor amicæ acqeſcat: hoc eſt ſoleat acqeſcere & leniri: poſtea ſubiūgit. Tā gratū eſt mihi. ſ. hoc qđ cupio poſſe doloré ponere luſu paſſeris ut facit amica Leſbia. Hic eſt uerus poetæ ſenſus: & ordo a nobis primum excogitatus: qui an uerus ſit: legētes quæſo iudicent. Sic ēt a nobis declaratū eſt carmen illud eiuſdé poetæ in calcæ prioris epigrāmatis: Patroa uirgo. Plus uno maneat perēne ſæclo: idq; in epiſtola quadā ad Alexandrum fratré in prima ſtatim pagina faſtorum Ouidii: ubi docuimus uirginem Patroam pro charta patriæ poetæ & ueronéſi: quéadmodum apud Martialé eo uerſu: Scrinioq; ſignatas Cuſtodit ipſe uirginis pater chartæ: & a patros ſit poſſeſiuum patrous: ut ab eos eous. Eſt auté ordo. Virgo patroa maneat perēne pro peréniter ut ſit nomen pro aduerbio poſitum: Sic Vergilius. Toruūq; repente Clamat: plus uno ſæclo plus multis annis: quibus uerbis non inuocat Pallada: non muſam: quod minime fit a poetis epigrāmatariis: ſed optat ut perēne ſit opus: & charta uirgo: ideſt charta quæ nūquam antea edita fuit: quemadmodum uirginem etiam eam appellamus: quæ nunquam partum edidit. Emendemus etiam carmé illud eiuſdé poetæ. Propontidem trucēue ue ponticum ſinum. Quidam enim eum locum ita legūt ut aſſignauimus. Ego uero propontida (ut omnia habēt exemplaria) reponendum cenſeo: nam ultima ſyllaba eius nominis cōmunis eſt ſequente muta cum liquida: quemadmodum quecopula apud Maroné in eo uerſu. Tribulaque traheæq; & iniquo pondere raſtri. Multa etiam alia Catulli loca: aliorumq; etiā autoꝝ: tum deprauata: tum ab aliis parum intellecta aut minus obſeruata in medium alias proferemus: nunc ne ab interpretatione noſtro digrediamur: ad Ouidii carmen redeundum. Cui falſum leſbia nomen erat: Legitur etiam falſo: hoc eſt quæ falſo Leſbia dicebatur: id quod etiam docet Apuleius in Apologia prima his uerbis. Eadem igitur opera accuſent. C. Catullnm qui Leſbium pro Clodia nominauit: & Ticidam ſimiliter ꝙ quæ Metella erat Perillam ſcripſerit. Multos uulgauit amores. Faſſus eſt ſe etiam alias amaſſe.

Catulli alius locus

Catulli carmen emendatum

Leſbia pro clodia

Perilla pro Metella

Par fuit exigui: Caluus orator (autore Seneca libro quarto controuerſiaꝝ) diu cum Cicerone iniquiſſimam lité de principatu eloquentiæ habuit: uiolentus accuſator & concitatus fuit. Carmina quoq; eius quāuis iocoſa fuerīt: plena tamen fuere ingentis animi. Dixit de Pōpeio: Digito uno caput ſcalpit. Quo credas ſibi hūc belle uirum. Calui Meminit: & Cicero in libro de claris oratoribus: ac etiam Tranquillus in. C. Cæſare his uerbis. C. Caluo poſt famoſa epigrāmata de reconciliatione ꝑ amicos agēti ultro ac prior ſcripſit. Amauit autem Quintilia de qua ſcripſit elegias: eiuſq; etiam mortem carmine elegantiſſimo defleuit dicente Propertio. Hoc etiam docti confeſſa eſt pagina calui Quū caneret miſeræ funera Quintiliæ. Eū exiguū appellat Ouidius: ꝑpterea ꝙ fuit paruæ ſtaturæ: ut docet Seneca de eo ita ſcribens. Erat enī paruulus ſtatura: ꝑpter quod etiā Catullus in endecaſyllabis uocat illum Salaputium ſeu Solopachium ideſt integrum cubitum. Non me fugit locum illum Catulli ab aliis aliter etiam legi. Quid referā tycidæ? Tycida poeta ſcripſit elegias de Perilla quam amauit: eius poetæ meminit Trāquillus in libro de claris grāmaticis: cuius uerba hæc ſunt. Inſcripſit Cato præter grammaticos libellos: etiam poemata: ex quibus præcipue probantur Lydia & Diana. Lydiæ Tycida meminit. Lydia doctorum maxima cura liber: Dianæ Cinna Sæcula permaneat noſtri Diana Catonis. Quid memmi carmen? C. Memmi poetæ pariter & oratoris meminit Plynius in epiſtolis & Tranquillus ſcribens illum obieciſſe. C. Cæſari ſtetiſſe ad cyathum & uinum Nicomedi regi: & alibi ſcribit eundem Cæſarem. C. Memmii: cuius aſperrimis oratoribus non minori acerbitate reſcripſerat: etiam ſuffragatorum mox in petitione cōſulatus ſuiſſe. Fuit autem mordaciſſimus: ut docuit Craſſus: orator qui tota Taracina omnibus in parietibus has litteras inſcriptas fuiſſe dixit tria. LLL. & duo. M. M. quū quærerēt quid ſignificarēt quédā oppidanum ſenem dixiſſe hoc ſiguificari. Lacerat lacertum Largii mordax Memmius. Is fuit prætor Bithyniæ: cum quo Catullus poeta nauigauit: ut ipſe docet in eo epigrāmate Piſonis comites cohors inanis. Extant ēt Ciceronis epiſtolæ ad hunc (ut opinor) Mēmium lib. decimotertio. Nomé adeſt rebus. Res quum in aliquem ſcribunt uel obſcœnas ſuis etiam nominibus: & uerbis parum honeſtis appellant: id quod ēt facit Catullus.

Caluus orator

Quintilia calui amica

Salaputiū Solopachium

Tycida poeta

Mēmius poeta & orator



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Cinna quoqꝫ his cões ẽ:cinnaqꝫ ꝓcacior anſer
Et leue cornifici:parqꝫ catonis opus.
Et quorꝫ libris modo diſſimulata perilla
Nomine nunc legitur dicta metelle tuo.
Is quoqꝫ phaſiacas argon qui duxit in undas
Non potuit ueneris futura tacere ſuæ.
Nec minus hortẽſi:nec ſũt minus ĩproba ſerui
Carmina:quis dubitet nomina tãta ſequi?
Vertit ariſtidem ſiſenna:nec obfuit illi
Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe iocos.
Nec fuit opprobrio celebraſſe lycorida gallo
Sed linguam nimio non tenuiſſe mero.
Credere iuranti durum putat eſſe tibullus:
Hoc etiam de ſe quod neget illa uiro.

℃ Cinna quoqꝫ his comes eſt. Cinna poeta fuit: qui ſcripſit Smyrnam: quam decem annis elimauit ut Seruius docet. Cinnaqꝫ procatior anſer. Anſer poeta fuit Antonii: qui eius laudes ſcripſit: de quo Cicero in philippicis: Ex agro phalerno anſeres appellantur. Ipſum enim donarat Antonius in campania. Propertius. Nec minor his animis: & ſi minor ore canorus Anſeris indocto carmine ceſſit olor: Fuit autem Anſer in ſuis ſcriptis laſciuus. Et leue cornifici. Cornificius poeta a militibus deſtitutus interiit: quos ſæpe fugiẽtes galeatos lepores appellarat: huius ſoror Cornificia inſignia condidit epigrãmata: leue autem opus appellat propter amatoria: quæ in eis continebantur: nam & amantes leues appellantur: aut leue opus: idest molle opus: & laſciuum. Parqꝫ catonis opus Valerius Cato (ut ſcribit Trãquillus de claris grammaticis) fuit Burſeni cuiuſdam libertus ex gallia: qui licentia Syllani temporis exutus patrimonio grammaticẽ docuit: uiſuſqꝫ eſt peridoneꝰ præceptor maxime ad poetas tendentibus: ut apparet his uerſiculis. Cato grammaticus: latina ſyren. Qui ſolus legit: ac facit poetas: Is ſcripſit præter grãmatices libellos etiã poemata: ex quibus præcipue probata fuit Lydia & Diana: de quibꝰ hic Ouidius intelligit. Et quorum libris. Tycidã poetam ſignificat: qui (ut diximus) perillam amauit: quam Metellam a Metello Romano cognominauit: & quoniam bis Ouidius Tycidæ poemata expreſſit: credendũ eſt illum ꝑter elegias de amica perilla: alias etiam elegias impudicas edidiſſe: quod uidetur deſignare eo uerſu. Quid referam Tycidæ? Is quoqꝫ phaſiacam: Varronem Atracinum ĩtelligit: qui Leucadiam amauit: de qua Propertius. Hæc quoqꝫ perfecto ludebat Iaſone Varro Leucadiæ maxima flamma ſuæ: Varro autem ſcripſit argonautica Apolloniũ imitatus: quẽ potius in latinum uertit ut plenius diximus in Ouidium de arte amandi. Nec minus hortẽſi. Hortenſius: & Seruius Sulpitius. q̃uis fuerint optimi oratores: manſuetioribus tamen muſis operam dedere: quam rem docet Plynius Iunior libro epiſtolarum quinto: cuius uerba hæc ſunt. Sed ego uerear ne me non ſatis deceat: quod decuit. M. Tullium. C. Caluum: Aſinium: Pollionem. M. Meſſallam. Qu. Hortenſium. M. Brutum. L. Syllam. Qu. Catulum. Qu. Sæuolam: Seruium: Sulpitium: Varronem: Torquatum: immo Torquatos. C. Memmium: Lentulum Getulicum: Sulpitii etiã meminit Auſonius: cuius poema prurire dixit propter carminis laſciuiam. Nec ſunt minus improba. Nec ſunt minus laſciua. Vertit ariſtidẽ Siſenna. L. Siſennã iter oratores enũerat Cicero: cꝰ uerba hæc ſunt. L. Siſenna doctus uir: & ſtudiis optimis deditus: bene latine loquens: gnarus rei publicæ: non ſine facetiis: ſed neqꝫ laboris multi: nec ſatis uerſatus in cauſis interiectuſqꝫ inter duas ætates Hortenſii & Sulpitii: nec maioris conſequi poterat: & minori neceſſe erat cedere. Huius omnis facultas ex hiſtoria ipſius perſpici poteſt: quæ quũ facile omnes uincat ſuperiores. tum indicat tamen quantum abſit a ſummo: quãquam genus hoc ſcriptionis nondum ſit ſatis latinis litteris illuſtratum. Tranſtulit autem e græco in latinum Ariſtidæ libros Mileſios: de quibus antea diximus. Nec obfuit illi. Nec nocuit Siſennæ: qui hiſtoriam romanam compoſuerat etiã laſciuos: & impudiciſſimos illos Ariſtidæ libellos trãſtuliſſe. Nec fuit opprobrio. Cornelius Gallus res tenens romanas ægypti procurator exhauſit ciuitatem thebarum plurimis interceptis: reuerſuſqꝫ quum furti accerſeret: & populatæ ꝓuinciæ metu nobilitatis acriter indignatæ: cui negocium ſpectandum dederat: imperator ſtricto incubuit ferro ut docet Amianus Marcellinus: cui Euſebius quoqꝫ aſtipulat ita ſcribens Cornelius Gallus de quo Vergilius ſcribit in bucolicis: primus tenuit ægyptum: quæ ab Auguſto facta eſt Romana prouincia: hic quadrageſimo ætatis ſuæ anno ꝓpria ſe manu interfecit: de quo Propertius ita cecinit. Et modo formoſa q̃ multa lycoride gallus Mortuus inferna uulnera lauit aqua: Hic tamen Ouidius uidetur ſentire eum nimio uino linguam non tenuiſſe: ſed de Auguſto oblocutũ: a quo ex infima fortuua ad præfecturam ægypti fuerat euectus: poſtea dolore arbitrandum eſt ſeipſum interfeciſſe: quum illum Auguſtus: & prouincia & domo interdixiſſet ob ingratum: & maliuolum animũ: ut ẽ autor Tranquillus. Cornelii Galli meminit etiam Strabo: Seruius ſcribit illum foroiulienſem fuiſſe: traſtuliſſeqꝫ in latinum Euphorionem: & de Citheride Volumnii liberta: & a ſe amata: quam Lycorida appellauit ſcripſiſſe libros quattuor. Eum Tibullo: & Propertio duriorem fuiſſe ſcribit Fabius. Credere iuranti: Quod hic dicit Ouidius: facit Tibullus in ælegia ſexta. Dicit enim eius amicam Deliam ſibi negare cum nullo alio ſe rem habere quod ille fatetur eſſe incredibile: ita enim inquit. Illa quidem tã multa negat: ſed credere durum eſt. Sic etiam de me pernegat uſqꝫ uiro. Hoc etiam. Ordo eſt. Quod etiã neget hoc: & reliqua uel certe hoc propter hoc.

Cinna poeta
Anſer poeta
Cornificiꝰ poeta
Cornificia
Valerius cato poeta
Metellus poeta
Varro attacinꝰ poeta
Leucadia Varonis amica
Hortẽſius poeta
Seruius Sulpitius poeta
L. Siſenna
Cornelius Gallus poeta
Galli mors
Lycoris galli amica

Fallere

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶ Fallere cuſtodem. Id etiam de ſe ita ꝓfitetur Tibullus ipſe miſer docui: quo poſſet ludere pacto Cuſtodes heu heu nunc Premor arte mea. Id autem docuit in ſecunda elegia eo uerſu. Tu quoqꝫ ne timide cuſtodes Delia falle: Audendũ eſt: fortes adiuuat ipſa Venus. Sæpe uelut gemmam: Id ita eſſe Tibullus cecinit. Sæpe uelut gemmas eius ſignũqꝫ probarem: Per cauſam memini me tetigiſſe manú. Digitis ſæpe eſt nutuqꝫ locutus. Tibullus. Neu te decipiat nutu digitoqꝫ liquorem Ne trahat & menſæ ducat in orbe notas. Et quibus e ſuccis abeat. Tibullus. Tũc ſuccos herbaſqꝫ dedi: quis liuor abiret. Quẽ facit impreſſo mutua dente Venus.

Fallere cuſtodẽ demum docuiſſe fatetur.
Seque ſua miſerũ nunc ait arte premi.
Sæpe uelut gẽmã dominæ ſignũqꝫ probaret
Per cauſam meminit ſe tetigiſſe manum.
Vtqꝫ refert: digitis ſæpe eſt nutuqꝫ locutus
Et tacitam menſæ duxit in orbe notam.
Et quibus e ſuccis abeat de corpore liuor:
Impreſſo fieri qui ſolet ore docet.
Deniqꝫ ab incauto nimiũ petit ille marito:
Se quoqꝫ uti ſeruet: peccet ut illa minus.
Scit cui latretur: cum ſolus obambulat ipſe:
Cui totiens clauſas excreet ante fores:
Multaqꝫ dat furti talis p̃cepta: docetqꝫ
Qua nuptæ poſſent fallere ab arte uiros.
Nec fuit hoc illi fraudi: legiturqꝫ tibullus
Et placet: & iam te principe notus erat.
Inuenies eadem blandi præcepta properti.
Diſtrictus minima nec tamen ille nota eſt.
His ego ſucceſſi: quoniam præſtantia candor
Nomina uiuorum diſſimulare iubet.
Non timui fateor: ne qua tot iere carinæ
Naufraga ſeruatis omnibus una foret:
Sunt aliis ſrriptæ qbus alea luditur: artes:
Hoc eſt ad ueſtros non leue crimen auos.
Quid ualeant tali: quo poſſis plurima iactu
Figere: dãnoſos effugiaſqꝫ canes.
Teſſara quos habeat numeros diſtãte uocato
Mittere quo deceat quo dare miſſa modo.
Diſcolor ut recto graſſetur limite miles:

Deniqꝫ ab incauto. Tibullus. At tu fallacis coniunx incautæ puellæ me quoqꝫ ſeruato peccet ut ipſa nihil. Peccet ut illa minus. Vt amica cũ aliis nõ audeat peccare. Scit cui latretur. Tibullus. Ille ego ſũ nec me iam dicere uera pudebit. Inſtabat tota cui tua nocte canis: & alibi. Non fruſtra qdã iã nũc i limine ꝑſtat Sedulus: ac crebro ꝑſpicit ac refugit. Et ſimulat trãſire domũ mox deĩde recurrit Solus & añ ipſas excreat uſqꝫ fores. Ipſe. Aliꝰ amator q̃ Tibullꝰ cui latrat̃. Excreet. Amator alius amicæ Tibulli. Talis furti. Talis coitꝰ. Eadẽ p̃cepta. Idẽ docẽtia qđ Tibullus. Minima nota. Minima ĩfamia. His ego ſucceſſi. Poſt hos ego quoqꝫ eadem laſciuia in mei ſcriptis uſus ſum. Nomina uiuoꝝ. Poetarũ uiuẽtiũ nomina: q quãuis laſciuia ſcripſerint: tamẽ ob eoꝝ ſplẽdorẽ cõpellor eos tacere. Tot carinæ: Tot ingenia poetaꝝ. Vna foret naufraga. Solus dãnarer. Seruatis oĩbꝰ. Seruatis cũctis: q eadẽ ſcripſere. Quibꝰ alea luditur. Quibus alea deſcribitur. Eſt aũt Alea omnis ludus magna ex parte in fortunæ uarietate conſiſtẽs. Quid ualeant tali. Deſcripſere alii poetæ Talorum ludũ de quo ĩ Ouidiũ de arte plenius ſcripſimus. Fingere: Ego uincere legendũ eẽ arbitror aut certe fingere compõere: & formate plurima pũcta uno iactu Superior ſnĩa magis placet. Plurima. Res plurimas. uel plurima puncta: aut plurima pro plurimũ: ut ſit nomẽ pro aduerbio. Quo iactu. Quo pũcto. Venus enĩ in talis uictoriã afferebat: ut canis ſiue canicula iacturã. Senio uero ĩterdum lucroſus: unde a Perſio dexter appellatur: ĩterdũ dãnoſus: ut deſignat Trãquillus in Auguſto. De talis uero & eoꝝ inuẽtore abũde diximus in Ouidiũ de arte amãdi. Dãnoſos canes. Puncta illa iacturã afferentia. Teſſera quos habeat numeros. Qui numeri ſint in ludo teſſarario dãnũ aut uictoriam afferentes. Teſſaræ autem habent ſex latera: & quadratæ ſunt. Has cubos appellari Gelius ſcribit: Tali uero hẽbant quattuor latera & pro uario iactu uaria puncta dabãt: his iam non utimur: ut alibi plenius diximus. Illud notandum ꝙ in ludo Talario Tali quattuor adhibebantur: In teſſarario uero tres tantũmodo: unde Martialis ait Non ſum talorum numero par teſſara. Diſtãte uocato. Vocato numero. qui diſtat a uictoria hoc eſt uocato numero qui uictoriam præſtat: aut: q reſtat ad uictoriã optinẽdam: quibus uerbis deſignat poetas aliquos docuiſſe qũo teſſaris ludẽdũ ſit: quãrem etiã in arte amandi Ouidius monet eo uerſu Parua monere pudet: talorum dicere iactus Vt ſciat: & uires teſſara miſſa tuas. Mittere quo deceat. Quomodo deceat mittere paruas illa tabellas quibus utimur in alueolo. Quo dare miſſa modo. Quomodo etiã caute deceat locare eas a colluſore miſſas hoc eſt quũ ille teſſaras miſit: nam in eo ludo non modo ex noſtro tabellas mouemus: ſed plærũqꝫ etiã ex colluſoris iactu. Diſcolor miles. Calculus tuus diuerſi coloris. Nã calculi ſeu latrões olĩ fiebãt ex uitro & in duas partes diuerſi colores diuiſi alii appellantur Milites: alii hoſtes. Martialis. Inſidioſorum ſi ludis bella latronum Gẽmeus iſte tibi miles & hoſtis erit. Graſſetur. Inſidietur hoſti dum miles dep̃hẽſus obſidet̃: ut ſi is pereat: pereat etiã hoſtis caute dep̃henſus in inſidiis: ut paria faciant colluſores. Recto limite. Recta & aperta uia ne uideatur graſſari. aut recte ductus: ut ſolent in eo ludo calculi quidam.

Teſſaræ
Cubi
Tali
Tali quattuor
Teſſaræ tres.

Calculi ex uitro

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

❡ Quum medius calculus:Quũ miles tuus ab hoſte circũuentus. Perit:Laborat:& eſt in pereundi periculo:niſi ei ſuccurratur.Sic & in arte amandi.Cautaq; non ſtulte latronũ prælia ludat. Vnus quũ gemino calculus hoſte perit. Gemino hoſte.Vel his duobus calculis:quos regem:& reginam appellant: Vel certe quũ ſolus tuus latrũculus a duobus hoſtibus obſidet᷑. Velle ſeq.Velle hoſtẽ inſequi. Et reuocare priorẽ.Et reuocare ꝓcedentẽ calculũ:ne forte per imprudẽtiã lõgius elapſus:ab hoſtibus capiat᷑. Parua ſedet ternis:Hũc ludũ ternariũ appellãt:de quo plenius diximus ĩ Ouidiũ de arte amãdi.

Ludus ternarius

Quiq; alii luſus.Ordo eſt. Et alii luſus ſunt ab aliis ſcripti:q̃ ſolent ꝑdere tẽpora noſtra rẽ charã:neq; enĩ nũc ꝓſequar oẽs:hoc eſt per parẽtheſim dictũ. Ecce canis formas.Docuere alii etiã formas & genera pilaꝝ:quæ quattuor fuere.Erat pila trigonalis oĩum minima dura:pilo plena: unde ẽt nomẽ accepit: dicta aũt Trigonalis a Trigone:qui locus erat in thermis triquetra.i. triãgulari figura qua græci τριγωνον uocãt: ad hmõi pilæ luſum ædificat᷑: hæc reddebat᷑ tam dextra q̃ ſiniſtra manu.Martialis. Captabat tepidũ dextra læuaq; trigonẽ. Erat p̃terea pila pagãica a pagis.i.uillis dicta: q᷑ pagani ea uterent᷑:ea laxior erat & pluma plena.Martialis.Nec quæ difficilis turget paganica pluma. Folle minus laxa eſt:& minus arcta pila. Erat & tertiũ pilæ genus qd᷑ ex pelle fiebat:& ſpiritu inflabat᷑ pugno reddi ſolitũ nõ palma:ut reliquæ pilæ. Vñ Plautus in rudẽtẽ follẽ pugillatoriũ appellat Ego te inq̃t follem pugillatoriũ faciã:& pẽdentẽ incurſabo pugnis ꝑiuriſſime. A flatu aũt quo ĩplet᷑ nomẽ optinuit ſiue a pelle:quã ueteres follem appellarũt.Eam pilã Tranquillus folliculũ nominauit ſcribens Auguſtũ ad pilã primo folliculũq; trãſiſſe.Erat præterea quartũ pilæ genus:quod(ut quidam uolũt)Harpaſtũ appellabatur ſiue ſphenida.Fiebat e panno:aliquãdo ex pelle:lana:tomentoue implebat᷑:laborioſum erat hoc ludi genus.Nã multi ludẽtes in duas partes diuiſi e regione ſibi inuicẽ oppoſiti ad ſuos trãſmittere pilã conabant᷑:quã aduerſarii arripiebãt:ea ſæpe in terram decidebat:ad quã cateruatim currẽtes ſe inuicẽ proſternebant:puluereq; & ſudore infecti ſurgebant.

Pilarum genera

Trigonalis pila

Follis pugillatorius

Harpaſtũ Sphenis

Quũ medius gemino calculus hoſte perit.
Vt mage uelle ſeq ſciat:& reuocare priorem
Nec tuto fugiens incomitatus eat.
Parua ſedet ternis inſtructa tabella lapillis:
In qua uiciſſe eſt continuaſſe ſuos.
Quiq; alii luſus.neq; enim nũc ꝓſequar oẽs.
Perdere rem charam tẽpora noſtra ſolent.
Ecce canit formas alius iactuſq; pilarum.
Hic artem nandi præcipit ille trochi.
Compoſita eſt aliis fuſcandi cura coloris:
Hic epulis leges:hoſpitioq; dedit.
Alter humũ: de qua fingant᷑ pocula mõſtrat.
Quæq; decens liq̃do teſta ſit apta mero.
Talia luduntur fumoſo menſe decembri:
Quæ iam nonnulli compoſuiſſe nocet.

Fuſcum

Fuſcandi coloris cura

Apicius

Fuſcandi coloris.Fuſcum ſignificat atrum & nigrũ.Hic fit uerbũ fuſcare:hoc dicit:docuere etiam alii ut fuſcos redderẽt adoleſcentes romanos uaria certamina campi Martii:in quibus corpora exercebant:qui color in amante laudabatur: quod ipſe præcipit in arte amandi eo uerſu.Munditiæ placeant:fuſcentur corpora cãpo. Hic epulis leges.Profeſſi ſunt & alii popinæ ſcientiam.Inter quos etiam Apicius: de quo Seneca in libro de conſolatione ad Albinam ita ſcribit. Quam Apicius noſtra memoria uixit:qui in ea urbe ex qua aliquando philoſophi uelut corrupto res iuuentutis abire iuſſi ſunt ſcientiam popinæ profeſſus diſciplina ſua ſæculũ infecit: cuius exitũ noſſe operæpretium eſt:quum ſeſtertium miles in culinam congeſſiſſet:quum tot congiaria principum & ingens capitolii uectigal ſingulis cõmeſſationibus hauſiſſet:ære alieno oppreſſus rationes ſuas tunc primum coactus inſpexit:ſuperfuturum ſibi ſeſtertium cẽties computauit:& uelut in ultima fame uicturus in ſeſtertio centies ſi uixiſſet:ueneno uitam finiuit.Scripſit Apicius etiam libros amorum:quos Cõmodus imperator in lecto ſemp habuit:ut eſt autor Spartianus.

Apicii mors

Fictilia uaſa olim in pretio

Hoſpitio.Hoſpitibus:quibus lautiores epulæ apponi ſolent. De qua fingantur pocula.Apud romanos olim eo peruenit luxuria:ut fictilia uaſa eſſent ĩ maximo p̃tio.Samia maxime laudabantur in eſculentis: retinebat hanc nobilitatem & Aretium in Italia & calicum tantum Surrentum:Aſta:Pollentia in Hiſpania:& Saguntum.In Aſia Pergamum:habuere Trallis opera ſua.Cois laus maxima.Hadrianis firmitas:nobilitata fuere oppida:ut Rhegiũ & Cumæ: autor Plynius.Vitellius in principatu ſuo.cc.ſeſtertiis condidit patinam:cui faciendæ fornax in campis exædificata erat:quoniam eo peruenit luxuria:ut etiam fictilia pluris conſtarent q̃ Murina. Vnde etiam apud Iuuenalem Montanus ita alloquitur Domitianum.Teſta alta paretur Quæ tenui muro ſpatioſum colligat orbem Debetur magnus patinæ ſubituſq; prometheus. Argillam atq; rotam citius properate: ſed ex hoc Tempore iam Cæſar figuli tua caſtra ſequantur.Figulinam autem fabricam ĩuenit Chorebus Athenienſis autore Plynio. Quæ teſta.Quod uas fictile & ex terra.Duo inquit alii docent:& ex quo genere terræ fiant pocula:& quod ex his magis ſit aptum potui. Talia luduntur.Talia uaſa celebrant᷑ a poetis Saturnalibus decembri menſe.Vnde etiam Martialis in Apophoretis Calices ſurrentinos laudat ac etiam ſaguntinos. Fumoſo decẽbri.Ideſt Saturnalibus quæ celebrabant᷑ decembri menſe:ut docet Macrobius:Fumoſum autem eleganti epitheto appellat decembrem propter ignem: qui eo menſe maxime fieri ſolet:unde fumus etiam ſequitur:idem quandoq; candidus appellatur propter niues.

Figulinæ fabricæ inuentor

Decẽber Fumoſus

His

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶His ego deceptus. Deceptus horum exemplo. Non triſtia carmina. Non triſtes uerſus: ſed iocoſos. Triſtis pœna. Exilium dicit. Quid ſi ſcripſiſſem mimos. Mimi erant poemata ſine reuerentia laſciuiã imitãtia: quæ a mimographis: ideſt ſcriptoribus mimorum ludis ad Comœdiæ formã compoſita in ſcœnis agebantur: dicebantur etiã mimi Ethologi: ideſt theatrales. Mimum eſſe ſcribit Diomedes ſermonis cuiuſlibet motum ſine reuerentia uel faſtorũ cum laſciuia imitationem: ita appellatus eſt quaſi ſolus imitetur: quum & alia poemata idẽ faciant: Sed ſolus quaſi priuilegio quodam: quod fuit cõmune poſſedit.

Mimi

Mimi ethologi

His ego deceptus non triſtia carmina feci:
Sed triſtis noſtros pœna ſecuta iocos.
Deniq; non uideo de tot ſcribentibus unum:
Quem ſua pdiderit muſa: repertus ego
Quid ſi ſcripſiſſem mimos obſcœna iocantes
Qui ſemper ficti crimen amoris habent.
In quibus aſſidue cultus procedit adulter.
Verbaq; dat ſtulto callida nupta uiro.
Nubilis hic uirgo matronaq; uirq; puerq;
Spectat: & ex magna parte ſenatus adeſt:
Non ſatis inceſtis temerari uocibus aures:
Aſſueſcunt oculi multa pudenda pati.
Cumq; feſelit amãs aliqua nouitate maritum:
Plauditur, & magno palma fauore datur.
Quodq; minus pdeſt pœna ẽ lucroſa poetæ
Tãtaque non paruo crimina prætor emit.
Inſpice ludorũ ſumptus auguſte tuorum:
Empta tibi magno talia multa leges.
Hæc tu ſpectaſti: ſpectãdaq; ſæpe dediſti
Maieſtas adeo comis ubique tua eſt.
Luminibuſq; tuis totus quibus utitur orbis:
Scænica uidiſti lætus adulteria.
Scribere ſi fas eſt imitãtes turpia mimos:
Materiæ minor eſt debita pœna meæ.
An genus hoc ſcripti faciũt ſua pulpita tutũ:
Quodq; libet mimis ſcæna licere dedit?
Et mea ſunt populo ſaltata poemata ſæpe:
Sæpe oculos etiã detinuere tuos
Scilicet in domibus ueſtris ut priſca uirorũ
Artificis fulgent corpora picta manu.
Sic quæ concubitus uarios: ueneriſq; figuras
Exprimit: eſt aliquo parua tabella loco.

Dictus eſt autẽ a uerbo græco μιμέομαι qđ ſignificat imitor: Hæc fabularũ ſpẽs latine Planipedia uocaẗ. Donatur ſcribit Mimos appellatos a diuturna imitatione uilium rerum: & leuium perſonarum: ſic dicta q; planis pedib⁹: ideſt nudis proſcœniũ introirent: non ut tragici autores cum cothurnus: neq; ut comici cũ ſoccis olim autor Diomedes. Habẽt crimẽ. Habent criminationem. Ficti amoris. Amãtis alicuius introducti in eo poemate: in quo ficta narrantur. In his autem uerſibus licet intueri quod gen⁹ poematis fuerit mimus. Inceſtis uocibus. Impudicijs uerbis. Multa pudenda. Multa obſcœna: quæ fiũt in ſcæna ab ipſis mimis. Aliqua nouitate. Aliquo nouo inuento: quod in eo poemate a Mimographis deſcribiẗ. Plauditur. Cũ lætitia excipiẗ. Palma datur. Victoria cõcediẗ. Quodq; minus prodeſt. Ordo eſt. Et id quod min⁹ pdeſt: eſt pœna lucroſa poetæ. Lucrantur inqt poetæ ex eo opere quod minus prodeſt: quum pœna afficiẽdi eſſent. Prætor emit. Prætores. n. ſeu ædiles ludos faciebant: & a poetis fabulas emebãt: quas ludorum die recitari iubebant. Vñ legim⁹ Andriã Terẽtii actã ludis Megalẽſib⁹. Aliã ludis funerib⁹. Aliã ludis rõanis. Inibi ẽt ædilium nomina deſcribũtur. Scribit ẽt Tranquillus ludis Deciũ Laberiũ Eqtẽ romanũ Mimũ ſuum ægiſſe: donatumq; fuiſſe quingentis ſeſtertijs: & anulo aureo ſeſſum in. xiiii. Scænam per ſoliũ Orcheſtram trãſiſſe. Tuis luminibus. Tuis oculis. Quibus utitur totus orbis. Quibus totum orbẽ uides: & gubernas. Scænica adulteria. Adulteria quæ a Mimographis in ſcæna recitata fuere. Imitãtes turpia. Inhoneſta imitãtes. Imitabantur enĩ inhoneſtos mores hominũ. ac naturas: unde etiam Mimi nomen deducitur ut diximus. Materiæ minor eſt. Ordo talis. Pœna minor eſt debita meæ materiæ. q. d. ſi Mimographi nõ puniuntur: qui magis turpia ſcripſere: nec ego puniendus ſum: quãdoquidem materia mea honeſtior eſt mimorum ſcriptis. Eſt debita. Debetur. Sua pulpita. Sua proſcænia: quæ erant ante ſcænam: ubi ludrica exercebantur: ut Seruius docet. Scæna licere dedit. Eas obſcænitates licet in ſcæna ſpectare: & eorum autoribus ea impune agere in ſcæna conceſſum eſt. Et mea ſunt populo. A ſimili arguit eius quoq; poemata in ſcæna recitata eum illeſum præſtare debere: quum præſertim ſæpe illis interfuerit Auguſtus. Scilicet in domib⁹ ueſtris. Quaſi dicat quemadmodum in ædibus ſunt quædam honeſta quædam uero turpia: ſic ego ſcripſi uaria poematum genera laude aut uituperatione digna. In domibus ueſtris. In palatina porticu: de qua diximus abunde in Ouidium de arte amãdi. Priſca corpora uirorum. Corpora uirorum fortium picta qui priſcis temporibus fuere. Sic quæ concubitus. Obſcure hic deſignat Ouidius: quod Tranquillus apertius denotat in Tyberio his uerbis. Cubicula pluriſariam diſpoſita tabellis ac ſigillis laſciuiſſimarũ picturarum ac figurarum adornauit libriſque Elephantidis inſtruxit: necui in opera edenda exemplar impetratæ ſcænæ deeſſet.

Planipediæ

Prætores ſeu ædiles ludos faciebant

proſcænia

Tabulæ aiacis: & medeæ

Aiacis inſania

Aiacis mors

Cauſa inſaniæ aiacis

Sacer morbus uel herculeus.

Vtq; ſedet uultu faſſus telamonis iram:
Inq; oculis facinus barbara mater habet:
Sic madidos digitis ſiccat uenus uda capillos
Et modo maternis tecta uidetur aquis.
Bella ſonant alii telis inſtructa cruentis.
Parſq; tui generis: pars tua facta canit.
Inuida me ſpacio natura coercuit arcto.
Ingenio uires exiguaſq; dedit.
Et tamen illæ tuæ fœlix æneidos auctor

Vtq; ſedet uultu. Tabulas Aiacis & Medeæ ītelligit a Cæſare ante ædē Veneris genetricis dicatas: ut ē autor Plynius. Faſſus irā uultu. Oſtēdēs uultu ſe eē iratū: q̄ arma Achillis Vlyſſi adiudicata fuiſſēt. Aiax enī Telamōis filius fuit & Eriboeæ Alchati filiæ: q̄ uidēs arma Achillis nō ſibi ſed Vlyſſi ī uirtutis ſingulare pmiū potius fuiſſe cōceſſa ī iſaniā cōuerſus eſt. Et quū ad Vlyſſis paſcua deueniſſet: ratus illi⁹ cōmilitōes occidere: oues: & q̄dā pecora trucidauit: atq; alia nōnulla ī caprū quēdā quē Vlyſſem eē putabat: crudelr̄ attērauit: q̄ poſtq̄ ſe p iſaniā feciſſe reſciuit. arrepto pprio gladio ſeipſū īterfecit: ut docuit Sophocles in ea tragœdia: cuius Titulus eſt αιασ μαστιγοφοροσ. Eoꝝ cōtētionē elegātiſſime deſcripſit Oui. lib. xiii. met. Sepultus āt fuit Aiax in Rhœteo pmōtorio. De iſaniæ āt Aiacis cā aliqd dicamus. Ariſtoteles ī pble. ſcribit hoīes q̄ īgenio claruerūt melācholicos oēs fuiſſe: & alios ita: ut ēt uitiis atræbilis īfeſtarēt: ceu īter heroes de Hercule ferē. Hic. n. ea ipſa fuiſſe na tura putaē: & morbū comicialē ſacrū ab illo: & Herculeū Priſci noīauere: puerorum quoq; motio mētis idē hoc explicat & eruptio ulceꝝ q̄ mortē īterdū antecedit id. n. plæriſq; atra bile cōſiſtit & Lyſandro lacædemonio pxīe ante obitū genus id ulceꝝ emerſit. Adde Aiacē & Bellerophōtē: quoꝝ alter penitus ad inſaniā prupit. Alter loca pſequebaē deſerta. Vnde illud Homeri. Aſt hic q̄ñ ēt grauior diis oībus errat. In cāpos ſolus latos: inq; auia rura ipſe ſuū cor edēs hoīum ueſtigia uitās. Scribit Pauſanias Aeolēſes de armoꝝ iudicio ſcribere ſolitos facto ab Vlyſſe naufragio cōtra Aiacis tumulū arma delata fuiſſe. De illius uero corpis magnitudīe Myſum quēdā ei dixiſſe multa. Inter cætera aiebat mare ad eā tumuli ptē q̄ littus reſpicit inūdaſſe: aditūq; ad monumētū paraſſe nō difficilē. Cadaueris magnitudinē uel ex hoc eū aiaduertere iubebat: q̄ ipſe pedis illius talo p diſco uterer: ac potiſſimū his genuū oſſib⁹: q̄ medici Molas uocāt. Idē autor ſcribit. Qui ſalaminē icoluere Aiace mortuo: tūc primū apud ſe florē enatū dixiſſe. Inq; oculis facinus. Medea Iaſonis amore capta illū a Colchis ī Theſſaliā ſecuta ē: quūq; decenniū Corīthi ſecū fuiſſet: filioſq; ēt pepiſſet: ſpreta ob nouā nuptā Creuſā. ſ. uel Glaucā Creōtis filiā: ut alii appellāt: furore ducta domū īcēdit radice q̄dā a Circe īueta ea uirtute: ut īcēſus ignis negret extingui. Iaſon tñ̄ euaſit. Glauca & pr̄ īgnē abſumpti ſūt. Quidā tamē ſcriptores nolunt Medeæ filios dona q̄dā ſpōſæ attuliſſe uenenis illita: quibus tactis ſpōſa & pr̄ cōſūpti ſunt. Irata aūt Medea q̄ Iaſon euaſerat: eāq; ſpreuerat: in eius calamitatē oēs iugulauit natos excepto uno q̄ fugit. Theſſalo ſcilicet Huius rei meminit Diodorus lib. v. Scribit Pauſanias Mermeꝝ ac Pherē Medeæ filios lapidib⁹ obrutos fuiſſe a Corinthiis: q̄m munera Glaucæ detulerint. Idē autor tradit Medeā liberos pepiſſe: & clā oībus in Iunonis tēplū detuliſſe: q̄ eo pacto īmortalē futuꝝ ſperabat. Tādē quū & ipſa ſe opiniōe ſua fruſtrari aiaduerteret: ab Iaſone quoq; depheſa ē: q̄ errati ueniā peteti nō cōceſſit: ſed Iolcū enauigauit: quas ob res tradito Siſypho regno abiit. De Medeæ ſæuitia Vergi. in bucolicis ſic ait. Sæuus amor docuit natoꝝ ſanguine matrem Cōmaculare manus: crudelis tu quoq; mater. In ea igiē tabula Medeæ filios occidentis facinus cōtinebaē: q̄ oīa dicit picta fuiſſe ī locis impatoris Auguſti: q̄bus uerbis deſignat magis hæc fuiſſe eiicienda q̄ eius ſcripta. Sic madidos digitis. Venerem deſignat ab Apelle pictā: de qua ita Plynius ſcribit. Venerē exeūtē e mari Diuus Auguſtus dicauit in delubro pr̄is Cæſaris: q̄ Anadyomene uocaē uerſib⁹ græcis tali ope dū laudaē uicta: ſed illuſtrata. Huius. n. īferiorē ptē corruptā q̄ reficeret nō poterat inueniri: ueꝝ ipſa iniuria ceſſit in gloriā artificis. Cōſenuit hæc tabula Carie: aliāq; p ea Nero in pricipatu ſuo ſubſtituit Dorothei manu Apelles īchoauerat aliā Venerē cois ſupaturus ēt illā priorē. Inuidit mors peracta parte: nec q̄ ſuccederet operi ad pſcripta liniamēta īuētus eſt. De Venere Apellea meminit Ouidius in. iii. de arte amādi eo uerſu. Si uenerē cous nūq̄ pinxiſſet apelles Merſa ſub æquoreis illa lateret aq̄s: & alibi. Vt uenus artificis labor ē & gloria coi Aequoreo madidas q̄ pmit imbre comas. de Auſonii quoq; tale extat epigrāma. Emerſam pelagi nup genitalibus undis Cyprin appellei cerne laboris opus. Vt cōplexa manu madidos ſalis æquore crines Humidulis ſpumas ſtringit utraq; comis. Iam tibinos ī præ iuno inquit & innuba pallas Cedimus & forme præmia deperimus. Et modo maternis. Et apparet paulo ante tecta fuiſſe mari: e cuius ſpuma nata fuiſſe dicitur: ut nō īmerito aquas maternas appellarit. Ferunt enī Cœlo patri Saturnū pudēda abſcidiſſe: q̄bus in mare deiectis Venerem procreatam: quæ a ſpuma unde coaluit αφροδιτη nomen accepit dicente ipſa apud Ouidium in quarto methamor. Aliqua & mihi gratia ponto eſt. Si tamen in medio quondam concreta profundo ſpuma fui: gratūq; manet mihi nomen ab illa. Cur autem id ita fictum fuerit: docet Macrobius in. i. Sat. Deuecta autē fuit Venus concha in Cythera: quum primum e mari orta fuiſſet. Vnde conchæ a Martiale Cytheriace: & a Propertio erycinæ appellantur. Sonant. Canunt. Tui generis. Lucii Caii: Tiberii: Druſi: Germanici: & aliorum. Inuida me ſpatio. Dicit ſibi a natura non eſſe tantum ingenii conceſſum: ut poſſit Auguſti laudes deſcribere. Fœlix æneidos autor. Maronem deſignat: qui in Auguſti gratiam ſcripſit Aeneida.

Medeæ Fabula

Venus apellis

Venus e ſpuma maris

Conchæ cytheriace

In tyrios

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Contulit in tyrios arma uirumqꝫ toros.
Nec legitur pars ulla magis de corpore toto:
Quam non legitimo fœdere iūctus amor.
Phyllidis hic idē: teneræqꝫ amaryllidis ignes
Bucolicis iuuenis luſerat ante modis.
Nos quoqꝫ iā pridē ſcripto peccauimus iſto
Supplicium patitur non noua culpa nouū:
Carminaqꝫ edideram: cum te delicta notātem
Præterii totiēs irrequietus eques.
Ergo quæ iuueni mihi non nocitura putaui
Scripta parum prudens: nūc nocuere ſeni.
Sera redūdauit ueteris uindicta libelli:
Diſtat & a meriti tempore pœna ſui.
Ne tamē oē meū credas onus eſſe remiſſum:
Sæpe dedi noſtræ grādia uela rati.
Sex ego faſtorum ſcripſi totidemqꝫ libellos:
Cumqꝫ ſuo finem menſe uolumen habet.
Idqꝫ tuo nuper ſcriptum ſub nomine cæſar:
Et tibi ſacratum ſors mea rupit opus.
Et dedimus tragicis ſcriptū regale cothurnis.
Quæqꝫ grauis debet uerba cothurnus hēt.
Dictaqꝫ ſunt nobis: q̄uis manus ultīa cœpto
Defuit: in facies corpora uerſa nouas.
Atqꝫ utinam reuoces animū pauliſper ab ira:
Et uacuo iubeas hinc tibi pauca legi.
Pauca quibus prima ſurgens ab origine mūdi
In tua deduxi tempora cæſar opus.
Aſpicies quātum dederis mihi pectoris ipſe:
Quoqꝫ fauore animi teqꝫ tuoſqꝫ canam.
Nō ego mordaci diſtrinxi carmine quēquam
Nec meus ullius crimina uerſus habet.
Candidus a ſalibus ſuffuſis felle refugi.
Nulla uenenato littera mixta ioco eſt.
Inter tot populi: tot ſcripti milia noſtri:
Quem mea calliope læſerit: unus ero.
Non igitur noſtris ullum gaudere quiritem
Auguror: at multos indoluiſſe malis.
Nec mihi credibile eſt quēquā iſultare iacēti
Graria candori ſi qua relata meo eſt.
His p̄cor: atqꝫ aliis poſſint tua numina flecti
O pater o patriæ cura: ſaluſqꝫ tuæ:
Nō ut in auſoniā redeam: niſi forſitan olim
Cum longo pœnæ tempore uictus eris.
Tutius exilium: pauloqꝫ quietius oro:
Vt par delicto ſit mea pœna ſuo.

¶ In tyrios toros. In lectū tyriæ. Didōis. Innuit āt q̄rtū æneidos librꝫ: qbꝰ uerbis colligit in hōeſta ēt opi ſuo iſeruiſſe Vergiliū. Arma uirūqꝫ. æneā: & eius bella. q. d. ab ænea & eius geſtis ad laſciua d̄ſcribēda puēit. Nec legiť ps ulla magis. Quartū æneidos dicit. q pp carminis laſciuiā & affectus plīmū d̄lectat. & magis q̄ cæteri legiť. De corpe toto. De toto ope. Quā nō legitio. Quā didōis cū ænea illicitꝰ coitus. Vñ Maro d̄ ea iq̄t Cōiugiū uocat hoc p̄texit noīe clpā. Iſto ſcripto. Iſto. laſciuo ſcribēdi gñe. Phyllidis hic idē. Cecīt Maro iuuenis admodū i bucolicis phyllidis & Amaryllidis amores. Mōis bucolicis. Nūeris bucolici carmis. Iſto ſcripto. Iſto laſciuo ſcribēdi gñe. Scripſit. n. iuuēis primū libros de arte amādi. Nō noua clpa. Nō nouū crim̄ ſcribēdi amatoria. Sulpiciū nouū. Nouā pœnā: nā quū iā diu hæc ſcripſeri. nūc tm̄ pūior. Vel certe hoc dicit: quū alii ēt laſciua poēata ediderit. ſolus afficior nouo ſuplicio: quo i nullū añ me hāc ob cām aīaduerſū fuit. Quū te delicta notāte. Deſignat Auguſtū Cēſorē mſme notaſſe ſe eq̄tē p̄tereūtē d̄ more: ut ſupius docuimus cēſores factigaſſe. Sui meriti. Suæ culpæ. Eē remiſſū. Eē abiectū hūile: & laſciuū. Grādia uela. Maiorē materiā. Cūqꝫ ſuo finē. Se digeſſiſſe dicit faſtoꝝ opus. i. xii. uolūina: & unicuiqꝫ mēſi ſuū aſſignaſſe: & eo pacto cū mēſibꝰ ea finē hñt. Idqꝫ tuo nup Oui. relegatus i pōtū faſtoꝝ libros plæriſqꝫ additis: ac mutatis germāico Druſi priuigni Auguſti filio iſcripſit ut eius p̄cibꝰ ab Auguſto reditū ipetraret: quum eos ātea Auguſto dicaſſet: ut ex hoc carmie p cipi p̄t. Et tibi ſacratū. Et tibi dicatū. Sors mea. Meū iſortūiū & exiliū. Eo. n. tpe i exiliū eiectus ē: quo opus illd̄ ſcripſit. Et dedimus tragicis: Tragœdiā Medeā dicit. q̄ (autore Fabio) oñdere uř q̄tū uir ille p̄ſtare potuerit ſi in gēio ſuo tēparē: q̄ idulgere maluiſſet. Grauis cothurnus. Grauis tragicus ſtilus. Graues. n. pſōæ & reges i tragœdiis iducunť. Vñ nō imerito ſupius dixit. Oē gēus ſcripti grauitate tragœdia uincit. Manus ultīa. Caſtigatio ipſa. Opus. n. illd̄ iemēdatum emiſit. In facies corpora uerſa nouas. Corpa mutata i nouas figuras: ex quo Metamorphoſim deſignat. Hic. Ex hoc met. ope. Quātum pectoris. Quātū aī & facundiæ. Diſtrixi. Laceraui. Crimīa ullius. Criminatiōes alicuius. Cādidus. Ego innocēs. A ſalibus. A iocis. Suffuſis felle. Aſpſis amaritudine. Venenato ioco. Mordaci ioco. Inter tot milia noſtri populi. Inter tot milia Romanorum. Inter tot milia noſtri ſcripti. Inter tot milia nroꝝ carmium. Quē mea calliope læſerit. Quia i exiliū eiectus fui ſub p̄textu carminum artis amatoriæ. Inſultare. Deridere. Gratia cādori. Ordo eſt. Gratia eſt relata meo candori: ſi qua ſubaudi eſt relata. Eris uictus. Eris placatus. Tutius exiliū. Locū magis tutum: q̄ tomum. Vt par delicto. Vt talis ſit pœna: quale meruit crimen meum: quod eſt perexiguum.

Medea Ouidii

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## BARTOLOMEI MERVLAE IN TERTIVM OVIDII LIBRVM DE TRISTIBVS ENARRATIONES.

MISSVS in hác uenio. Librũ Romã mittit poeta icultũ qdẽ & ſordidũ inducitq; illũ errare ꝑ uaria urbis loca ꝓcariq; Auguſtũ: ut pr̃i exuli & poetæ det uẽiá. Sed quũ nuſq̃ recepiſſe uideat: rogat man⁹ plæbeias: ut eũ illæ ſaltẽ accipiát ut habeat ubi poſſit diuertere. Liber exulis. Liber exulátis Ouidii. In hác urbẽ. In romaná ciuitatẽ. Venio timide. Quia Auguſtũ timeo. Da placidá manũ. Placide me ſuſcipe: uel iũge dextrá uel feſſũ me itinere lõgo adiuua. Dare. n. manũ ſignat q̃ſi. manu alicui opẽ ferre. Quĩtilianus. Vt uelociſſimus qſq; ſi forte iter cũ puulo faciat det manũ & gradũ ſuũ minuat. Feſſo. Lõgo itinere fatigato. Diſſimulare. Celar̃. Vllis iocis. Vllis ſcriptis amatoriis aut iocoſis. Legim⁹ ẽt uenuſtius ita i alio exẽplari hos duos uerſus. Hæc dñi fortũa mei eſt: ut debeat illá. Infœlix nullis diſſimulare iocis. In uiridi æuo. In iuuẽtute. Intelligit autẽ elegãtiſſimũ opus illud de arte amádi qđ iuuenis admodũ cõpoſuit. Nimiũ ſero. Nimis tarde: qa nihil in pñtia ꝓdeſt. Niſi triſte. Niſi luctuoſũ. Intelligit át op⁹ hoc de triſtib⁹: ubi luctuoſa tractát. Subſidát claude alterno uerſu. Sint cõpoſita uerſu elego: q cõſtat ex hexametro lõgiore & pẽtametro breuiore. Vel pedis rõ. Quia in pẽtamẽto reqrunt̃ qnq; pedes tm̃. quũ i hexáetro ſint ſex: unũ ẽt nom̃ accepe. Pẽtam̃to igr̃ dicit pedẽ deeſſe debeř: ne ſit par hexáetro. & qa alter altero lõgior ẽ uno pede. iõ claudũ appellauit. Via lõga. Nõ ſine dolore ínuit poeta lõgo itiner̃ carm̃ claudũ factũ.

Dare manum

Flau⁹ cedro. De Cedro & ei⁹ uſu i ſeruádis libris dixim⁹ ſupra. De pumice uero i Ouidiũ đ arte amádi abũde ſcripſim⁹. Qua ſit eũdũ: Qua uia ad Auguſti ædes ꝓficiſcẽdũ ſit. Lingua titubante. Lingua præ timore blæſa. Dii tibi dent. Hæc ſunt uerba præcantis libri: ut qui ſibi iter monſtrarit: poſſit in patria molliter mori. Ab orbe lõginquo. e Scythia. Fora Cæſaris. Intelligit forum Auguſti: de quo plenius diximus in primo de arte amandi in enarratiõe ei⁹ uerſus. Et fora cõueniũt qs credere poſſet amori: Hæc ẽ a ſacris. Viá ſacrá deſignat foro Auguſti: q i Capitolio hĩtabat: uicinã dictá qꝑ ꝑeá ab arce. i. a Capitolio ad augures ſacra ferebát: ut ẽ autor Var. uľ (ut placet Põpeio) qꝑ i ea fœd⁹ ictũ ſit iter rõulũ & Tatiũ.

Via ſacra

Hic loc⁹ ẽ Veſtæ. Veſtæ tẽplũ rotũdũ multi putát a Rõulo pri⁹ erectũ. Dionyſi⁹ tñ li. ii. ſcribit id a Numa ædificatũ i foro exñte i medio capitolii & palatii loco: idq; ãno urbis q̃dragesimo: ut i faſtis docet Ouidi. Atriũ át Veſtæ fuit Numæ regia nõ ædes eius deæ ut falſo putauit Serui⁹. Id. n. atriũ fuit iuxta ædẽ Veſtæ: ſed

Veſte templum

Veſte atrium




## PVBLII OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER TERTIVS.

MIſſus i hác uenio timide liber exulis urbẽ
Da placidam feſſo lector amice manum.
Neue reformida: ne ſim tibi forte pudori
Nullus in hac charta uerſus amare docet.
Nec domini fortuna mei eſt: ut debeat illam.
Infœlix ullis diſſimulare iocis.
Id quoq;: quod uiridi quõdá male luſit i æuo
(Heu nimiũ ſero) dãnat: & odit opus.
Aſpice qd portẽ: nihil hic: niſi triſte: uidebis:
Carmine temporibus conueniente ſuis.
Clauda quod alterno ſubſidant carmĩa uerſu:
Vel pedis hoc ratio: uel uia longa facit.
Quod neq; ſũ cedro flauus: nec pumice leuis
Erubui domino cultior eſſe meo
Littera ſuffuſas quod habet maculoſa lituras
Læſit opus lachrymis ipſe poeta ſuum.
Si qua uidebuntur caſu non dicta latine:
In qua ſcribebat barbara terra fuit.
Dicite lectores: ſi non graue: qua ſit eundum:
Quaſq; petam ſedes hoſpes in urbe liber.
Hæc ubi ſum furtim lingua titubãte locutus
Qui mihi monſtraret: uix fuit unus: iter.
Dii tibi dent noſtro quod nõ tribuere poetæ:
Molliter in patria uiuere poſſe tua.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ab ea remotũ: ut docet Solinus his uerbis. Numa habitauit in colle primũ Quirinali. Deinde ꝓpter ædẽ Veſtæ in regia: q̃ etiam ſuo tempore ita appellabaẽ. Et Tacitus Numæ regia & Delubrũ Veſtæ cum pena tibus po. ro. exuſta. Et Plutarchus Numa inquit Regiam iuxta templum Veſtæ condidit: ubi maiorẽ tẽporis partem morabaẽ: aut ſacris uacans: aut ſacerdotes docẽs. Hoc Atrium regium appellat Liuius: quũ inquit cõprehẽſæ latumiæ: forũq; piſcarium: & atrium regium: ædes Veſtæ uix defenſa eſt: Aedẽ Veſtæ templum non fuiſſe ſcribit Gelius: Cuius rei cauſam docet Seruius ſcribens eam non fuiſſe auguſtã: ideſt

Numæ regia

Atrium regium

Cur ædes ueſtæ non fuit auguſta

Duc age: nãq; ſequar: quãuis terraq; mariq;
  Longinquo referã laſſus ab orbe pedem.
Paruit: & ducẽs hæc ſunt fora cæſaris inquit:
  Hæc eſt a ſacris quæ uia nomen habet.
Hic locus eſt Veſtæ: q̃ pallada ſeruat: & ignẽ.
  Hic fuit antiqui regia parua Numæ.
Inde petens dextram porta eſt ait iſta palati
  Hic ſator: hoc primũ cõdita roma loco eſt
Singula dum miror: uideo fulgentibus armis
  Conſpicuos poſtes: tectaq; digna deo.
En domus hæc dixi iouis eſt? q̃d ut eẽ putarẽ
  Augurium menti querna corona dabat:
Cuius ut accepi dominũ: nõ fallimur inquam
  Et magni uerum eſt hanc iouis eſſe domũ.
Cur tamen appoſita uelatur ianua lauro?
  Cingit & Auguſtas arbor opaca comas?
An q̃a ꝑpetuos meruit domus iſta triũphos?
  An quia leucadio ſemper amata deo eſt?

Augurio conſecratam: ut ſenatus eo nõ cõueniret: ubi uirgines erãt: cui licebat ad Atriũ cõuenire: quod erat auguſtũ. Nouimus enim ſenatuſcõſulta nõ niſi in loco ꝑ augures cõſtituto iuſta fieri potuiſſe: quã ob cãm in curia Hoſtilia: Põpeia: & iulia: quũ ea loca profana fuerint: tẽpla dicunẽ ab auguribus cõſtituta: hoc igiẽ priori uerſu ædẽ Veſtæ deſignat: ſequenti uero Atriũ regiũ: ubi Numa habitauit: de quo etiã i faſtis ſic ſcribit Ouidius hic locus exigu⁹ qui ſuſtinet atria Veſtæ. Tũc erat intonſi regia magna Numæ. Eũtes aũt ad Auguſti ædes tẽplũ Palladis trãſibãt: Martiali. Vicinũ caſtora canæ Trãſibis Veſtæ uirgineã: que domũ. Inde ſacro uenerãda petes palatia cliuo. Plurima q̃ ſũmi fulget imago ducis. In tẽplo aũt eius deæ palladiũ erat: quod docet Lucanus eo uerſu. Veſtaléq; chorũ ducit uittata ſacerdos. Troianã ſoli cui fas uidiſſe Mineruã. Id aũt Palladiũ quũ lateret in loco ſecreto Helenus apud Ariſbã captus idicauit. Diomedẽ & Vlyſſem id troiano bello ꝑ cuniculos ſurripuiſſe ſcribit Seruius: Diomedéq; apud ſe ſeruaſſe & ꝑtereũti ad Calabriã id Aeneæ obtuliſſe: Nautéq; id acce-piſſe. Ignis ꝑterea in tẽplo Veſtæ ſeruabaẽ: cuius rei cãm docuimus in enarratiõe eius uerſus Ouidii de arte amãdi. Illa põt uigiles flammas extinguere Veſtæ.

Palladiũ i æde ueſtæ

Porta ẽ ait iſta palati. Ea porta prius Saturnia: dein Pãdania appellata fuit: ut eſt autor Varro & Solinus. Hic ſator. Hic pr̃ Romulus primũ habitauit. Hoc primũ cõdita roma loco ẽ. Nã pelaſgi Arcades ex urbe Pallãtio exeũtes duce ꝓfectionis euãdro Mercurii & nymphæ Themidis filio in uno ex ſeptẽ collibus ſedes poſuere: q̃ in medio ferme ẽ Romæ pallãtiũ uocantes eũ locũ a patria ſua in Archadia. Olympiade aũt. xvi. poſt troianũ bellũ albani hæc loca habitarũt muro cõmuniẽtes & foſſa. ꝗrãt aũt primũ ea tuguria armẽtariiſq; & paſtoribus atq; alioꝝ pecoꝝ nutritoribus diuerſoria. Ex alba aũt lõga coloniã eo deduxerũt Romulus & Remus: ut ſcribit Dionyſius. Video fulgẽtib⁹ armis Cõſpicuos poſtes. Hic ædes Auguſti in palatio factas laudat Ouidi. quas ẽt in ſeptimo Maro deſcribit: eaſq; i lauro lauinio uult fuiſſe: ut Seruius docet. Poſtes aũt conſpicuos armis fulgentibus: idem etiam ita deſcribit. Multaq; præterea ſacris in poſtibus arma captiui ꝑẽdẽt currus curuæq; ſecures: Et criſtæ capitũ & portarũ igẽtia clauſtra: Spiculaq; & clypei ereptaq; roſtra carinis. Iouis eſt. Eſt Auguſti. Querna corona. Corona ex quercu: quæ arbor erat in Iouis tutela: ut Seruius docet. Velatur ianua lauro. Laurus ante Cæſaris ianuã erat: de qua ita Plynius ſcribit. Laurus triumphis ꝓprie dicatur uel gratiſſima domibus: Ianitrix Cæſarũ pontificũq;: quæ ſola & domos exornat: & ante limina excubat. De lauro quæ erat ante ianuam imperatorum ita in met. ſcribit Ouidius. Poſtibus auguſtis eadem fidiſſima cuſtos Ante fores ſtabis mediamq; tuebere quercum. Ea autem lauro uictores delphis coronabantur & triũphantes: quæ delphica appellatur. Exiſtimauit Plynius lauro honorem habitum in triumphis: quia ſatarum receptarũq; in domos fulmine ſola nõ icitur potius: q̃ quia ſuffimentum eſſet cædis hoſtium & purgatio: ut uoluit Maſſurius. Ea romanis fuit læticiæ uictoriarũq; nũcia addebaẽ litteris Liuius. Ne quicq̃ exterrita ciuitate litteræ a Poſtumio laureatæ ſequũtur. Addebaturq; etiam militum lanceis piliſq; & faſces imperatorum decorabat.

Saturnia porta

Pandania

Arcades pallãtium condidere

Pallantiũ

Laurus ante cæſaris ianuam

Cur lauro in triumphis honos habitus

Laurus uictoriæ nũcia

An quia perpetuos. Rationem primam aſſignat: cur Auguſti ianua lauro uelaretur: & ea Auguſtus coronaretur. Perpetuos triũphos. Vt perpetuo triũpharet. Leucadio deo. Deo Apollini. Auguſtus enim in ore ſinus Ambracii Actiũ cum nobili templo Apollinis condidit: haud longe a leucate promontorio: a quo deus Leucadius dictus eſt: ſeu a Leucadia peninſula: quæ olim Neritos appellata haud longe diciẽ ſita autore Plynio. Quod autem Laurus Apollini grata fuerit: ita docet Ouidius in primo met. At quoniã coniunx mea nõ potes eſſe Arbor eris certe dixit mea: ſemp habebũt Te coma: te cytharæ: te nr̃æ laure pharetræ. Tu ducibus lætis aderis: quũ læta triumphum: Vox canet & longas uiſent capitolia põpas. Scribit Plynius Laurum ſpectatiſſimam fuiſſe in monte Parnaſo ideoq; etiam gratam fuiſſe Apollini.

Actium

Leucas

Leucadia

Leucadius deus

Laurus apollini grata

Laurus pacifera



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

❡ Ipſa ne ꝙ feſta eſt? Feſtam laurum appellat: quoniam (ut diximus) romanis ea lætitiæ uictoriarũq; nuncia fuit: deponebaturq; etiam in gremio Iouis optimi maximi quotiens lætitiam uictoria nouam attuliſſet. Pacis an iſta nota eſt? Paciferam laurum fuiſſe docet Plynius his uerbis. Ipſa pacifera: ut quã prætẽdi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. Quam tribuit terris. Quã terris dedit. Nam Auguſtus poſt multa bella pacatum orbem tenuit. Vtq; uiret ſemper. Queadmodum laurus ſemper eſt uiridis nec unq̃ frõdes amittit: ſic parta gloria: quæ nunq̃ intermoritur ornatur lauro ſemper uirenti. Cauſaq; ſuppoſitæ. In alio exẽplari legiť etiam: Cauſa ſuperpoſitæ. Supior aũt pars Ianuæ frondibꝰ lauri ornabať: cui ſubiecta erat corona quarna: quæ ei dabatur qui ciuem ſeruaſſet: & ciuica dicebať. Valerius Maximus. Cæteꝝ ad q̃rcũ ꝑnæ manns porriguntˀ: ubi ob ciues ſeruatos corona danda eſt: qua poſtes Auguſtæ domꝰ ſempiterna gloria triũphãt. Dabať ẽt Clemẽtiæ impatoꝝ: ut docet Plynius his uerbis. Hic ciuicæ coronæ militũ uirtutis inſigne clariſſimũ iãpridem uero & clementiæ impatorũ poſtquã ciuilium bellorum profanatione meritũ cœpit uideri ciuẽ nõ occidere. Illud notãdum Ciuicam coronam ilignam primo fuiſſe: poſtea magis placuit ex Aeſculo Ioui ſacra uariataq; in hoc cũ quercu eſt ac data ubiq;: q̃ fuerat cuſtodito tñ honore glandis: accepta licebat perpetuo uti ludis. Induẽti ſemp aſſurgi etiã ab ſenatu in more erat. Sedẽdi ius in ꝓximo ſenatui. Vacatio muneri omnium ipſi patriq; & auo paterno. xiiii. accepit Sicinius Dentatus. Sex. Capitolinus. Africanꝰ de parte accipe noluit apud Trebiã. Leges autem eius: q ciuica corona donabatur: legito apud Plynium libro. xvi. De coronaꝝ generibꝰ Geliꝰ multa.

Corona querna & ſeruatori ciuium & clementiæ imperatorum dabať

Corona ciuica prío iligna

Honores eius q ciuicam accepiſſet

Ipſa ne quod feſta eſt? an quod facit oĩa feſta?
Quã tribuit terris pacis an iſta nota eſt.
Vtq; uiret ſemper laurus: nec fronde caduca
Carpitur: æternum ſic habet illa decus.
Cauſaq; ſuppoſitæ ſcripto teſtante coronæ
Seruatos ciues indicat huius ope.
Adiice ſeruatis unum pater optime ciuem.
Qui procul extremo pulſus in orbe latet.
In quo pœnarum quas ſe meruiſſe fatetur:
Non facinus cauſam: ſed ſuus error habet:
Me miſeꝝ uereorq; locũ: uereorq; potentem
Et quatitur trepido littera noſtra metu.
Aſpicis exangui chartã pallede colore:
Aſpicis alternos intremuiſſe pedes
Quandocunq; precor noſtro placare parenti
Iiſdem ſub dominis aſpiciare domus.
Inde tenore pari gradibus ſublimia celſis
Ducor ad intonſi candida templa dei.
Signa peregrinis ubi ſunt alterna columnis:
Belides: & ſtricto barbarus enſe pater.
Quæq; uiri docto ueteres fecere nouiq;
Pectore: lecturis inſpicienda patent.
Quærebam fratres: exceptis ſcilicet illis:
Quos ſuus optaret non genuiſſe parens.
Quærentem fruſtra cuſtos e ſedibus illis
Præpoſitus ſancto iuſſit abire loco.
Altera templa peto uicino iuncta theatro:
Hæc quoq; erant pedibus nõ adeũda meis:
Nec me: quæ doctis patuerunt prima libellis
Atria libertas tangere paſſa ſua eſt.
In genus autoris miſeri fortuna redundat.
Et patimur nati quam tulit ipſe fugam.

Vnum ciuẽ. Me unum Ouidium. In orbe extremo. In extrema parte orbis: hoc eſt in Scythia. In quo pœnarũ. Ordo eſt: in quo extremo orbe facinus non hẽt cãm pœnaꝝ: & reliqua. Locum Capitolium. Potentem. Auguſtũ. Alternos pedes. Vtrũq; carmẽ hexametrum: & pentametrum eleganter poeta pedes appellat: aut certe Dactylũ & ſpondeũ accipe: his enim pedibus conſtat ipſius poetæ carmẽ.

Quandocũq; ꝓcor. Quãdocũq; placaris parenti: ideſt Ouidio opis autori. Pari tenore. Pari ordĩe: quo per urbẽ hactenus inceſſi. In tõſi dei. Apollinis Capitolini: de quo & Danaidum hiſtoria plenꝰ alibi diximus. Quæq; uiri docto. Bibliothecam intelligit: quam Auguſtus ædificauit in parte domꝰ palatiæ: ut ĩ enarrationibus noſtris in Ouidium de arte amãdi plenius rettulimus. Quærebã fratres. Quærebam in eadem bibliotheca cæteros libros ab Ouidio: quem eius liber patrẽ appellat compoſitos. Nõ genuiſſe. Nõ cõpoſuiſſe: deſignat autem libros de arte amandi. Cuſtos. Præfectus bibliothecæ. E ſedibus illis. E palatinis Auguſti ædibus. Altera templa peto. Sunt qui hic de templo magnæ matris intelligant: quod fuit in palatio ut Liuius docet. Plæriq; de templo Veſtæ: Id. n. (autore Dionyſio) extructũ eſt a Numa in medio foro inter Capitolium & palatium: Magis placet propter ſequens carmen libertatis Atrium intelligas: quod ab Aſinio pollione erectum eſt. Vicino theatro. Theatro Marcelli: aut Cornelii Balbi propinquo. Non adeunda. Ad quæ non debebam accedere quum eſſem exulis filius: & poetæ minime liberi. Sua atria. Ipſius libertatis atrium. Doctis libellis. Operibus doctorum. Quæ prima. Quæ ante omnes bibliothecas. Nam Aſinii Pollionis (autore Plynio) hoc Romæ inuentum: qui primus bibliothecam dicando ingenia hominum rem publicam fecit. In genus autoris miſeri. In libros filios infœlicis Ouidii. Et nati patimur fugam. Et nos liberi Ouidii fugamur.

Veſtæ templum

Libertatis atrium

Aſinus pollio primus Romæ bibliothecã dicauit

Nobis

¶Nobis.Filiis Ouidii. Et illi.Et Ouidio.Neqꝫ enim mihi turba roganda eſt.Neqꝫ alii dii præter Auguſtum rogandi ſunt.Eſt autem per parentheſim dictum. Statio publica.Publica imperatoris ædes. Priuato loco.In loco priuati hominis. Confuſa.Attonita. Repulſæ.Quia me bibliothecæ cuſtos expulit ex ſacris Auguſti ædibus. Vos quoqꝫ.Non modo in priuato loco habitare:ſed etiam a priuato homine tractari cupit. Si fas eſt.Si uobis per Auguſtum licet. Plæbeiæ manus.Manus plebeii & priuati hominis.Sunt qui falſo legant phœbeæ manus.

Forſitan & nobis olim minus aſper:& illi
Euictus longo tempore cæſar erit.
Dii precor atqꝫ adeo(neqꝫ.n.mihi turba rogã
Cæſar ades uoto maxīe diue meo. (da eſt)
Interea:quoniã ſtatio mihi publica clauſa ē:
Priuato liceat delituiſſe loco.
Vos quoqꝫ(ſi fas eſt)cõfuſa pudore repulſæ
Sumite plæbeiæ carmīa noſtra manus.
Rgo erat ī fatis ſcythiã quoqꝫ uiſer̃ nr̃is
Quæqꝫ lycaonio terra ſub axe iacet:
Nec uos pierides:nec ſtirps latõia ueſtro
Docta ſacerdoti turba tuliſtis opem.
Nec mihi quod luſi uero ſine crimīe prodeſt:
Quodqꝫ magis muſa eſt uiſa iocoſa mea.
Plurima ſed pelago terraqꝫ pericula paſſum
Vſtus ab aſſiduo frigore pontus habet.
Quiqꝫ fugax rerum ſecuraqꝫ in otia natus
Mollis & impatiens ante laboris eram.
Vltima nũc patior:nec me mar̃ portubꝯ orbũ
Perdere:diuerſæ nec potuere uiæ.
Suffecitqꝫ malis animus:nam corpus ab illo
Accepit uires:uixqꝫ ferenda tulit.
Dũ tamen & uẽtis dubius iactabar & undis:
Fallebat curas ægraqꝫ corda labor.
Vt uia finita eſt:& opus requieuit eundi:
Et pœnæ tellus eſt mihi tacta meæ.
Nil niſi flere libet:nec noſtro parcior imber
Lumine de uerna quæ niuæ manat aqua:
Roma domuſqꝫ ſubit deſideriumqꝫ locorum:
Quicquid & amiſſa reſtat in urbe mei.

In Secundam Elegiam Enarratio.

ERgo erat in fatis.In hac elegia:quã plæriqꝫ ꝑperam iungunt cum ſuperior::q̃rit̃ poeta ꝙ fata eũ ĩ Scythiam cõpulerint:nec ſacerdoti ſuo opẽ tulerit:aut Apollo:aut Pierides.Deĩde dicit ſe in Scythia in aſſiduo fletu & mœrore degere.Poſtremo deos p̃cat̃:ut quũ totiẽs mortẽ effugerit:tãdẽ ei mori liceat. Ergo erat in fatis noſtris.Ergo fata mea ita cõſtituerãt.Incepit aũt elegiã ab hac cõiũctiõe:ergo cũ dolore quẽadmodũ ẽt Auguſtus quũ inquit.Ergo ne ſup̃mis potuit uox ĩproba uerbis Tã dirꝫ mãdar̃ nephas:Eſt ẽt q̃nqꝫ aduerbiũ & ſignificat cãm.Vergilius.Illius ergo Venimꝯ:& magnos erebi tranauimꝯ amnes. Seruius tñ ita ſcribit. Ergo cõiũctio fuit:ſed per accẽtꝯ mutationẽ in aduerbiũ tranſiit:& eſt ſola particula:q̃ hẽt in fine circũflexũ:Multi male putant nomẽ eẽ indeclinabile:& dicũt poſitũ eẽ ꝓ cã. Cauſa ãt nomẽ. Scythiã quoqꝫ uiſere.Quaſi dicat nõ mõ relegati ab Auguſto mihi cõtigit:ſed ẽt in ſcythiã mitti:Scythaꝝ natio(ut ſcribit Diodorus)primo iuxta Araxẽ flumẽ parua numero:ꝑpqꝫ ignobilitatẽ cõtẽpta cõſedit:Ea demum gẽs nacta regẽ quẽdã bellicoſũ & militari uirtute p̃cipuũ agros ampliauit:Mõtanos q̃dem uſqꝫ ad Caucaſũ:Cãpeſtres uero uſqꝫ ad oceanũ:& Mæotidẽ paludem:aliaqꝫ loca ad Tanaim uſqꝫ flumen:Fabulant̃ Scythæ natã apud eos ex terra uirginẽ umbilico tenus hoĩs forma.reliqua uipæ:Eã genuiſſe ex Hercule puerũ:cuius nomen fuit Scytha:hũc quũ oĩum:q ante eũ fuerãt:clariſſimꝯ euaſiſſet:ĩdidiſſe populis Scythaꝝ nomẽ:Idẽ latius ẽt refert Herodotus li.iiii.Scythia duplicẽ eẽ ſcribit Curtius. Europeã & Aſiaticã:quas diuidit Tanais:Ptolemæus Scythiã quoqꝫ duplicẽ ponit ĩtra & extra Imaũ mõtẽ.De ſcythis:& eoꝝ moribꝯ plura Iuſtinus lib.ii. Sub axe lycaonio.Sub Septẽtriõali plaga:ſic appellata a Caliſto Lycaonis filia:q̃ ĩ maiorẽ urſam mutata Lycaõia a poetis noĩat̃.Fabulã narrat Ouidiꝯ:& Higynus. Stirps Latonia Apollo Latonæ:& Iouis filius. Sacerdoti.Ouidio.Sũt.n.poetæ Apollinis:& Muſaꝝ ſacerdotes. Vergiliꝯ.Me uero primũ dulces ãn oĩa muſæ:Quaꝝ ſacra fero. Quod luſi ſine uero crimine.Quod ſcripſi carmĩa citra crimẽ:q̃d uere mihi obiici poſſit.Vero aũt addidit:ut oñdat ſe dãnatũ fuiſſe falſo:& iniuſte ꝑp carmẽ amatoriũ. Quodqꝫ magis.Nec magis mihi ꝓdeſt ꝙ ſcripſerĩ iocoſa.Duo ergo dicit ſibi nõ ꝓfuiſſe:nec ꝙ ſcripſerit q̃ nõ iure dãnari potuerit:nec ꝙ iocoſa cõpoſuerit. Vſtus ab aſſiduo frigore.Hoc dicit:q̃a regio põtica uergit maxime ad ſeptẽtrionalẽ plagã:ꝑ quã ſpirat boreas:de cuius frigoris rigore multa Dionyſiꝯ. Põtꝯ:Põtus Euxinus:cui adiacet Tomitana ora:quã hic pro Ponto ĩtelligit. Mare portubꝯ orbũ.Mare ĩportuoſũ:Euxinꝯ.n.& geticũ littꝯ ĩ primis ã deſertũ:petroſũ:ĩportuoſũ:ad Aq̃lonis flamina late patẽs & aptũ:ut docet Strabo. Sufficitqꝫ malis aĩus.Suffecit legẽdũ eſt:hoc eſt ĩduruit:nã ſufficit mediam corripit. Labor.Aſperitas tempeſtatis:qua conficiebar. Et tellus meæ pœnæ. Et terra mei exilii.Deſignat autem Tomon. Noſtro lumine.Noſtris oculis. De uerna aqua.De niue quæliqueſcit uere & fit aqua.Vergilius.Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur.

Ergo
Scytharũ natio
Scytharũ appellatio
Scythia duplex
Littus geticum ĩportuoſum



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Ianua noſtri ſepulchri. Sæpius ſe mortē euaſiſſe dicit. Tot gladios: Quia a Scythis ſæpius Tomos: ubi erat Ouidiꝰ: oppugnata fuit. Deus unus. Auguſtus. Mei interitus. Meæ mortis.

In Tertiam Elegiam Enarratio.

HAec mea ſi cõiunx. Ad uxorem ſcribens ex Scythia poeta ſe excuſat ꝙ aliena manu ſcriptam miſerit epiſtolam: quod aliter non potuiſſe fieri oſtendit ob aduerſam ualitudinem: qua cõflictabatur: ſimulqꝫ incõmoda commemorat: ſed præter cætera illud fatetur eſſe maximum ꝙ caret ipſius uxoris aſpectu: doletqꝫ longe ab eius complexu moriendum eſſe ſi ea barbarie & Scytarum truculētia: ubi eius anima euagatura ſit ex Pythagoræ ſententia: mandat tamē ut eius oſſa romam deferanť in parua urna & ſignentur Epithaphio a ſe cõpoſito. Ignoti orbis. Scythiæ ad quã perquã pauci accedũt: & ideo ignotum orbem appellat. Nec cœlũ patior. Cœlum pro aere poſuit: cui ſe dicit nõ poſſe aſſueſcere propter nimium rigorē & frigus. Scribit Ariſtoteles ĩ frigidiſſimis terris potius ardores febrium fieri: ꝙ frigus calorem intus circum obſiſtit: cuius rei cõtrarium æſtiuo tempore agitur: partes náqꝫ internæ frigidiores reddũtur. Ardor autem febris eſt: ergo partibus refrigeratis exterioribus caloris copia interiores redũdát. Nec aquis aſſueuimꝰ iſtis. Tria elementa quibus maxime fouenť mortales & aluntur: ſibi infeſta eſſe dicit. Apollinea arte. Medendi arte. Aliena locutum. Quum de aliis rebus incidit ſermo: te tamen tãquam amens nomino. Lingua ſuppreſſa. Lingua ſubiacens & debilis: quod his euenit: qui languent. Inſtillato mero. Vino leuiter infuſo.

Ardores febrium in frigidiſſimis terris maiores

Dominam. Te uxorē. Reſurgã. Conualeſcã.

Vel pœnam. Vel exilium meum. Præceſſiſſet fugã: Præceſſiſſet mors ipſa exiliũ meũ.

Integer. Illæſus. Fient triſtia ipſo loco. Triſtitiam afferent ꝙ moriendum ſit in Scythia.

Accedent. Addentur. Meæ animæ. Quæ non tam cito diſcedet e corpore. Nec parua tempora. Nec exiguum ſpatiũ. Senſus eſt. Nec lachrymæ cõiugis ex oculis fluentes ꝓtrahent mihi exiguum uitæ ſpatium: quandoquidem ea abeſt: nec poteſt mihi officium præſtare.

Clamore ſupremo. Solebãt cadauera (ut Seruius docet) ablui calida aqua & per interualla conclamari ꝙ ſolet plærunqꝫ uitalis ſpiritꝰ excluſus putari & homines fallere. Seruabantur enim ſeptē diebus & calida abluebanť aqua: & poſt ultimam cõclamationem comburebãtur. Vnde dixit Apuleius libro ſecundo met. Ecce iam ultimum defletus atqꝫ conclamatus proceſſerat mortuus: & Terentius illud traxit. Deſine iam conclamatum eſt. Vnde etiã Ouidius hoc in loco ſupremũ clamorem appellat.

Cadauera abluebanť

Conclamabant cadauera

Conclamatum eſt

Condet amica manus. Solebant magis propinqui ēt mortuoꝝ oculos claudere: ut alibi pleniꝰ diximus.

Hei mihi ꝗd totiens noſtri pulſata ſepulchri
Ianua: ſed nullo tempore aperta fuit.
Cur ego tot gladios fugi? totienſqꝫ minata
Obruit infœlix nulla procella caput.
Dii: quos experior nimiũ cõſtanter iniquos:
Participes iræ: quam deus unus habet:
Extimulate precor ceſſantia fata meiqꝫ
Interitus clauſas eſſe uetate fores.

HAec mea ſi coniũx miraris ep̄la: q̄re
Alterius digitis ſcripta ſit: æger erã
Aeger ĩ extremis ignoti ꝑtibꝰ orbis:
Incertuſqꝫ meæ pene ſalutis eram.
Quē mihi tunc animũ dura in regione iacēti
Inter ſauromatas eſſe getaſqꝫ putas?
Nec cœlum patior: nec aq̄s aſſueuimus iſtis:
Terraqꝫ neſcio quo non placet iſta modo.
Nõ domus apta ſatis: nõ hic cibꝰ utilis ægro
Nullus apollinea qui leuet arte malũ eſt.
Non qui ſoletur: non qui labentia tarde
Tempora: narrando fallat amicus adeſt.
Laſſus in extremis iaceo populiſqꝫ locisqꝫ:
Et ſubit affectu nunc mihi quicquid abeſt.
Omnia cũ ſubeant: uincis tñ omnia coniunx
Et plus in noſtro pectore chara tenes.
Te loquor abſentem te uox mea noiat unam
Nulla uenit ſine te nox mihi: nulla dies.
Quin etiam ſic me dicunt aliena locutum:
Vt foret amentis nomen in ore tuum.
Si iam deficiam: ſuppreſſaqꝫ lingua palato
Vix inſtillato reſtituenda mero:
Nũciet huc aliq̄s dominam ueniſſe: reſurgã.
Speſqꝫ tui nobis cauſa uigoris erit.
Dumqꝫ ego ſum uitæ dubius: tu forſitan iſtic
Iucundum noſtri neſcia tempus agis.
Non agis affirmo: liq̄t hoc chariſſima nobis
Tempore agi ſine me nil niſi triſte tibi.
Si tamē ĩpleuit mea ſors quos debuit ãnos:
Et mihi uiuendi tam cito finis adeſt.
Quãtum erat o magni perituro parceř diui:
Vt ſaltem patria contumularer humo.
Vel pœna in mortis tempus dilata fuiſſet:
Vel præceſſiſſet mors properata fugam.
Integer hanc potui nuper bene reddere uitã:
Exul ut occiderem nũc mihi uita data eſt.
Tam procul ignotis igiť moriemur in oris?

Ecquid

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶ Ecquid. Nunquid. In has partes. In Scythicam: & ſeptentrionalem plagam. Quum patriam amiſi. Quum in exilium eiectus fui. Extenua. Leua: imminue. Forti corde. Forti animo. Mala. Morté me am: & exilium. Non rude. Non inexpertum. Atq; utinam pereát animæ: Vtinam inquit ex Epicureo rum ſententia cum corporibus animæ interirent: cui ſententiæ adhæſit prodicus. Diagoras: Bias: & Plynius: cuius uerba hæc ſunt: Poſt ſepulturam aliæ: atq; aliæ Manium ambages. Omnibꝰ a ſuprema die ea dé quæ ante primá. Nec magis a morte ſenſus ullus: aut corpori: aut animæ: quæ ante natalem: Eadé eni

Animæ cũ corporibꝰ intereũt ſecundũ epicureos

Et fient ipſo triſtia fata loco?
Nec mea conſueto lãgueſcent corpora lecto?
Depoſitum nec me qui fleat ullus erit?
Nec dominæ lachrymis ĩ noſtra cadẽtibꝰ ora
Accẽdent animæ rempora parua meæ?
Nec mandata dabo? nec cũ clamore ſupremo
Labentes oculos condet amica manus?
Sed ſine funeribꝰ caput hoc: ſine honore ſepul
Indeploratum barbara terra teget? (chri
Ecquid ubi audieris: tota turbabere mente?
Et feries pauida pectora fida manu.
Ecqd in has fruſtra tendẽs tua brachia partes
Clamabis miſeri nomen inane uiri?
Parce tamẽ lacerare genas: nec ſcide capillos:
Non tibi nũc primum lux mea raptus ero.
Cum patriam amiſi: tunc me periiſſe putato:
Et prior & grauior mors fuit illa mihi.
Nunc ſi forte potes: ſed nõ potes optĩa cõiũx
Finitis gaude tot mihi morte malis.
Qđ potes: extenua forti mala corde ferendo:
Ad mala iãpridem non rude pectus habes.
Atq; utinam pereãt aĩæ cum corpore noſtro:
Effugiatq; auidos pars mea nulla rogos.
Nã ſi morte carens uacuas uolat altus ĩ auras
Spiritus: & ſamii ſunt rata dicta ſenis.

uanitas in futurũ etiam ſe propagat: & in mortis quoq; tẽpora ipſa ſibi uitam mẽtitur: alias immortalitatẽ animæ: alias trãſfiguratione: alias ſenſum inferis dando: & manes colẽdo: deumq;: faciendo: qui iã etiã homo eſſe deſierit. Ceu uero ullo modo ſpirãdi ratio homini a cæteris aĩalibus diſtet: aut non diuturniora in uita multa reperiãtur quibus nemo ſimilẽ diuinat ĩmortalitatẽ. Quod aũt corpus animæ pſequit̃ materiã: ubi cogitatio illi? quõ uiſus? auditus? aut q tãgit? qui uſus eiꝰ? aut qđ ſine his bonum? quæ deinde ſedes? quantaue multitudo tot ſæculis animarum uelut umbrarum? puerilium iſta deliramentorum: auidæq; nũq; deſinere mortalitatis cõmenta ſũt: Quam opinionem falſam eſſe docuit Pherecides Syrus: qui primus dixit animos hoĩum eſſe ſempiternos. Hoc etiam diſcipulus eius Pythagoras maxime cõfirmauit ut docet Cicero in primo Tuſculanarũ quæſtionũ: & Plato in Alcibiade ac etiã in libro de anima. Nã ſi morte carẽs. Hoc pythagoras apud Ouidiũ in met. apertius ita docet. O genus attonitum gelidæ formidine mortis. Quid ſtyga: qd tenebras: & nomĩa uana timetis Materiã uatũ: falſiq; pericula mũdi? Corpora ſiue rogus flãma: ſeu tabe uetuſtas Abſtulerit: mala poſſe pati nõ ulla putetis. Morte carent animæ ſemperq; priore relicta Sede: nouis domibꝰ uiuũt: habitãtq; recepte. Ipſe ego (nam memini) troiani tempore belli Panthoides euphorbus erã cui pectore quondã Cognoui clypeum læuæ geſtamina noſtræ Nuper ab anteis templo iunonis in argis. Omnia mutantur: nihil interit errat: & illinc Huc uenit: hinc illuc: & quoſlibet occupat artus Spiritus: eq; feris humana in corpora tranſit. Inq; feras noſter: nec tempore deperit ullo. Vtq; uouis facilis ſignatur cæra figuris. Nec manet ut fuerat: nec formam ſeruat eandem. Sed tamen ipſa eadem eſt: animam: ſic ſemper eandem Eſſe: Sed in uarias doceo migrare figuras: Docet etiam Plato libro. x. de rep. quomodo ſingulæ animæ uitas ſingulas eligebant: electionemq; fieri ſolitam ſecundum uitæ prioris cõſuetudinem: Animam enim inquit: quæ olim Orphei fuerat: uidiſſe cygni uitam odio muliebris generis eligentem nolentem uidelicet ex mulieribus: a quibus occiſus fuerat naſci: Thamyris uero philomenæ: cygnum etiam conſpexiſſe ad humanæ uitæ electionem conuerſum. Aliquam uero ex fortibus leonis degiſſe uitam: Hanc uero Aiacis Thelamonii fuiſſe dicebat fieri hominem recuſantem: dum armorum iudicium olim datum mente reuolueret. Poſt hũc Agamẽnonis animam propter erumnas odio humani generis uitam aquilæ aſciuiſſe: Atlantes autẽ animam: cui media quædam ſors contigerat intuitam dixit quam maximis honoribus uir certator afficiat̃: continere ſe non potuiſſe: quin uitam certatoris eligeret: Animam deinde Epei panopeenſis ad artificioſæ mulieris naturam protinus aduentaſſe: Longe uero inter nouiſſimas ridiculoſi Therſitis animam induiſſe: & paulopoſt id etiam ſubinngit. Ex feris item aliis in homines tranſire animas aſſerebat: & inuicẽ commutari: iniuſtas quidem in feras agreſtes: iuſtas autem manſuetorum animalium uitam capeſcere: atq; omnes hunc in modum confici miſtiones: De pythagora multa etiam Gelius libro quarto: ſed plura Diogenes in eius uita. Morte carens. Immortalis. Volat in uacuas auras. A corpore diuulſus aera petit. Et dicta ſamii ſenis. Et ea: quæ dixit Pythagoras Samius: q; animæ e corporibus recedentes prio peterent aera. deinde in alia corpora tranſirent: Samium autem appellat Pythagoram: quoniam Samum patriam habuit ut docet Apuleius libto tertio floridorum. Sunt rata. Sunt firma.

Animi hominũ ſempiterni

De anĩa ſecundũ pythagoram

Anĩæ uitas ſingulas eligebant ſecundum Platonem

Pythagoras ſamius



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Per pro Inter
Manes
Manum
Mane

❡Vmbra romana. Anima romani hominis:& Ouidii. Vagabitur. Errabit. Per feros manes. Inter feras animas Sarmatarum. Vergilius. Perq; duas in morem fluminis arctos. Manes autem (autore Seruio) ſunt animæ illo tempore: quo de aliis recedentes corporibus nondum in alia tranſierunt: ſunt autem noxiæ:& dicuntur: per antiphraſim nam Manum bonum eſt: unde etiam & Mane dicunt: Alii Manes a manando dictos putant. Nam animabus plena ſunt loca inter lunarem & terrenum circulum unde defluūt. Quidam Manes deos infernales tradunt. De manibus plura alias. Semper erit hoſpita. Semper erit peregrina: quoniam nunquam diſcedet e Scythica regione: quemadmodum corpus. Etiā mortuus. Etiam defunctus. Non ero exul. Non uidebor exulare. Non uetat hoc quiſquam. Nemo ſepulturæ officium negat. Fratrem thebana peremptum: Antigonē deſignat Oedipodis thebarum regis filiam quæ fratrem Eteoclē ſepeliuit: quamuis Creontes rex Thebarum eos qui in bello thebano perierant: inſepultos iacere uoluiſſet: ut elegantiſſime cecinit Papinius ī ultimo Thebaidos libro. Et amomi puluere miſce. Amomum (ut ſcribit Dioſcorides) eſt genus herbæ odoratiſſimæ: cuius frutex ſimilis ē botruo in circuitu cuiuſlibet arboris naſcens: ramulos habens ſiccos: & duros uirgultis aſſimiles: coloris ſubrufi: circa quos habet folia copioſa: ex Thyrſo botruoſo ſemen redolens: & ſibi connexum florem Albū ueluti uiolæ folia ſimilia Brioniæ. Brionia autē uitis alba eſt. Triplex autem eſt Amomum. Armenicum quod cæteris præſtat fului coloris: Secundum Medicum: Tertium Ponticum. Carpitur autem (autore Plynio) cum radce manipulatim leuiter componitur protinus fragile. Laudatur quam maxime punici mali foliis ſimile. nec rugoſis colore ruffo Secunda bonitas eſt pallido: herbaceum prius: peſſimum cādidum: quod uetuſtate euenit. Crede. Conde: legitur etiam pone. Quiſqs amaſti. Quiſquis deperiſti puellam aliquam.

Antigone fratrem ſepeliuit
Amomum
Brionia
Amomum triplex
Mortuorū inferiæ

Feralia munera. Inferias dicit. Quomodo autem inferiæ mortuis fierent: & quomodo in his uterentur coronis: docet Ouidius libro ſecundo faſtoꝝ his uerſibus: Parua petūt manes pietas pro diuite grata eſt Munere: nō auidos ſtyx hēt unda deos. Tegula porrectis ſatis eſt uelata coronis. Et ſparſæ fruges: paruaq; mica ſalis. Inq; mero mollita ceres: uiolæq; ſolutæ. Hæc habeat media teſta relicta uia: Nec maiora ueto: ſed & his placabilis umbra eſt. Adde preces poſitis & ſua uerba focis: Hunc morem æneas pietatis idoneus autor. Attulit, in terras iuſte latine, tuas. Ille patris genio ſolennia dona ferebat. Hinc populi ritus edidicere pios.

Inter ſarmaticas romana uagabitur umbra:
Perq; feros manes hoſpita ſemper erit:
Oſſa tamen facito parua referantur in urna.
Sic ego non etiam mortuus exul ero.
Non uetat hoc quiſq;: fratrē thebana perēptū
Suppoſuit tumulo rege uetante ſoror.
Atq; ea cum foliis & amomi puluere miſce:
Atq; ſuburbano condita crede ſolo.
Quoſq; legat uerſus oculo properāte uiator.
Grandibus in tumuli marmore cæde notis.
Hic ego qui iaceo tenerorum luſor amorum
Ingenio perii naſo poeta meo.
At tibi qui tranſis ne ſit graue: q̄ſquis amaſti:
Dicere naſonis molliter oſſa cubent.
Hoc ſatis ī tumulo eſt:& enim maiora libelli:
Et diuturna magis ſunt monumenta mei.
Quos ego cōfido: quāuis nocuere: daturos
Nomen & auctori tempora longa ſuo.
Tu tamen extincto feralia munera ferro
Deq; tuis lachrimis humida ſerta dato.
Quāuis in cinerem corpus mutauerit ignis
Sentiet officium mœſta fauilla pium.
Scribere plura libet: ſed uox mihi feſſa loq̄ndo
Dictandi uires ſiccaq; lingua negat.
Accipe ſupremo dictum mihi forſitan ore:
Quod tibi qui mittit non habet ille: uale.

O Mihi chare q̄dē ſemp: ſed tpe duro
Cognite: res poſtq̄ procubuere meæ
Vſibus edocto ſi q̄cq̄ credis amico:
Viue tibi:& longe noīa magna fuge.
Viue tibi: quantunq; potes prælustria uita:
Sæuum prælustri fulmē ab arce uenit.
Nam q̄q̄ quā ſoli poſſunt prodeſſe potētes:

In quartam Elegiam Enarratio.

O Mihi chare quidem. Amicum chariſſimum quem propter Auguſtum: non audet nominare poeta admonet: ut magna atria & potentes fugiat: qui quamuis poſſint plurimū prodeſſe nō proſunt: ſed potius nocent: quod non ut ab Ouidio: ſed ab Apollinis oraculo dictum in memoria ſemper habendum cenſeo. Laudat deinde amici fidem: quā ſibi in aduerſis rebus nunquam defuiſſe cognouit: ſimulq; enumerat exilii ſui incommoda: interq; in primis ponit amicorū abſentiam: quos quamuis locorum interuallo multum diſtet: ſe tamen amare dicit: rogat eos poſtremo: ut quā poſſunt illi opem ferant. Tempore duro. Rebus meis aduerſis: in quibus uera amicitia potiſſimum cognoſcitur. Vſibus. Experientia. Viue tibi. Tecum habita. Præluſtria. Præclara atria.

❡Demiſſa

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Non proſunt: potius plurimū obeſſe ſolét.
Effugit hybernas demiſſa antenna procellas:
Lataq; plus paruis uela timoris habent.
Aſpicis:ut ſumma cortex leuis innatat unda?
Cū graue nexa ſimul rætia mergat onus?
Hæc ego ſi monitor monitus prius ipſe fuiſſē
In qua debebam forſitan urbe forem.
Dum tecū uixi:dum me leuis aura ferebat:
Hæc me per placidas cymba cucurrit aq̄s.
Qui cadit i plano(uix hoc tn̄ euenit ipſum):
Sic cadit:ut tacta ſurgere poſſit humo.
At miſer elpenor tecto delapſus ab alto
Occurrit regi debilis umbra ſuo.
Quid fuit:ut tutas agitaret dædalus alas:
Icarus immenſas nomine ſignet aquas:
Nempe quod hic alte:demiſſius ille uolabat.
Nā pennas ambo non habuere ſuas.
Crede mihi bene q̄ latuit:bene uixit:& intra
Fortunā debet quiſq; manere ſuam.
Non foret eumedis orbus:ſi filius eius
Stultus achilleos non adamaſſet equos.
Nec natū in flāma uidiſſet:in arbore natas:
Cepiſſet genitor ſi phaetonta merops.
Tu quoq; formida nimiū ſublimia ſemper:
Propoſitiq; precor contrahe uela tui.
Nā pede in offenſo ſpaciū procurrere uitæ

❡Demiſſa antenna.Deducta antenna. Plus timoris.Maiorem formidinem. Paruis:Modicis ſcilicet uelis:& minus latis. Aſpicit ut ſumma.Leuis cortex ſolet in ſumma aqua natare:nec mergi:quia eū nullum detrahit pondus.At rætia magno plumbi pondere mergi ſolent:per corticem autem leuem & rætia homines tenues per plumbum uero potentes deſignat:qui ut plumbum grauiore caſu clientes præcipites trahunt quo uolunt. Leuis aura.Leuis & paruus uentus:per quem mediocritatem ſuam deſignat & comparis fortunæ hominum conſuetudinem:qua uſus fuit antequam Auguſti gratiam iniret. Qui cadit in plano.Qui in planitie aliqua decidit.i. qui a mediocris & eiuſdem conditionis hominibus damno aut iniuria afficitur. At miſer Elpenor.Elpenor apud Circen ebrius dum ſociorum ſtrepitus abeuntium audit & abire properat:pronus e longis lapſus ſcalis collum fregit:quod ipſe apud inferos ſciſcitanti Vlyſſi refert precaturque eum ne ſe dimittat inſepultum:ut i Odyſſea ſcribit Homer⁹.Ouidius.Neue gradus adeas Elpenore cautius altos Vimq; feras uini quo tulit ille modo.

Elpenoris mors

Quid fuit.Quæ cauſa fecit. Vt tutas agitaret Dædalus alas. Vt Dædalus tuto uolaret. Icarus uero ceciderit.Fabulam narrat Diodorus.Et Ouidius libro octauo metha. Signet aquas.Mari Icario nomen imponat. Hic alte.Icarum intelligit:qui quum altius uolaret. ſolis æſtu cæra liquefacta laxatiſq; alarum iūcturis i mare decidit. Demiſſus ille uolabat. Depreſſus dædalus iter tenebat:qui prope mare delatus alis ſæpius madefactis in Siciliā peruenit incolumis:ut ſcribit Diodorus. Bene qui latuit:bene uixit.Quicunq; humili fortuna contentus latuit:tutus uixit.Et intra fortunam debet.Et ſubaudi crede mihi. Non foret Eumenides orbus.Legendū eſt eumedes. Dolonem autem deſignat Eumedis filiū. Vergilius in duodecimo Aeneidos.Parte alia media Eumedes in prælia fertur Antiqui proles bello præclara dolonis.Hic(ut libro decimo Iliados ſcribit Homer⁹)miſſus ſpeculator ad græcorum caſtra pactus pro remuneratione Achillis equos in Diomedem & Vlyſſem incidit:qui ſpeculatum quoq; ierant ad troianos illi promiſſa ei impunitate:troianorum conſilia ab eo didicere:inter cætera facti certiores de aduentu Rheſi Dolonem interficiunt Thracum caſtra aggrediuntur.Equi inde abducti ſunt. Non foret orbus.Non foret priuatus Dolone filio. Nec natum in flāma.Phaetonta intelligit:de quo dixim⁹ ſupra.Dictus eſt autem Phaeton a luce ardoris ſui:ut ſcribit.Seruius,φαέθων enim lucidum ſignificat. Ab irato enim Ioue fulmine ictus in padum cecidit:qui ab eo Eridanus græce dicitur:ut Plynius docet: Phaeton enim primo Eridanus dicebatur.Illud notandum Eridanum fluuium duplicem eſſe. Alterum in Italia. Alterum qui in Iliſſum labitur:de quo ita ſcribit Pauſanias.Fluuii Athenis labuntur Iliſſus:& q̄ in eum immittit Eridanus gallico Eridano cognominis:quam rem etiam ita uidetur Strabo libro nono ſignificare.Sicut in fluuiorum aggregatione ridere Callimachus inquit:ſi quis ſcribere audeat Athenienſes uirgines purum Eridani haurire uinum.Et Ouidius in primo methamorpho.ita cecinit.Eridanuſq; ſenex:ubi quidam Apidanum pro Eridano falſo legendum putant deprauantes potius carmen qua corrigentes:cum etiam in omnibus exemplaribus ſemper hactenus ita lectum ſit:ut docuimus.Quare qui Apidanum legendum putarunt:hoc decepti ſunt:φ unum tantum Eridanum in Italia fuiſſe credidere: quum alter etiam Athenis olim labens prius:quam Padus cognominatus fuerit Eridanus:ad cuius differentiam Ouidius illum ſenem appellauit. In arbore natas.Heliades accipe:quæ in populos mutatæ ſunt:ut notum eſt ex ſecundo Ouidii methamorpho. Genitor merops. Merops Clymenes maritus & Phaetontis pater putatiuus. Contrahe uela.Cohibe deſiderium. Eſt autē a nauigantibus ſumpta Methaphora:qui aliquo enauigaturi:mutata poſtea ſententia uela contrahunt.

Dolonis mors.

Phaeton

Eridanus

Eridanus duplex

Ouidii metha.locus

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Fuiſſe,Suadi me. Tempore quas uno:Ordo eſt. Quas & fida uerba dabas uno tempore. Studio.Fauore. Amicitias & tibi iuge pares:Hoc etiam ſcribit Curtius libro ſexto his uerbis.Nam & firmiſſima inter pares eſt amicitia. Quod adhuc non exulat. Cuius fama adhuc non potuit exulares. Scythicus põtus.Mare Euxinum:quod Scythiam alluit Aſtricto gelu.De humili rigore ponti diximus ſupra. Cætera.Omnia aliæ præter famam. Deſignat autem inter cætera corpus ipſum. Vrſæ erimãthidos. Vrſæ arcadicæ:ab Erimantho mõ te in finibus arcadiæ per quẽ urſam maiorem ſignificat. Boſphorus Cimmerium Boſphorum accipe non Thraciũ: de quo diximus ſupra.Cõmittitur ãt paludi:quã Meotidem appellamus. Cimmerius autẽ appellatur a Cimmerio oppido Scythiæ:qđ alio nomine Cerberion uocabatur:ut Plynius meminit in quinto.Strabo uero Cimmeriũ Boſphorum dictũ putat quaſi Cymbricũ a Cymbris: qui incertis errabundi ſedibus uſq; ad Meotim paludem militiam agitarunt. Hinc Lactãtius mentem tenebris Cimmeriis atriorem dixit:quoniam ea ora obſcura eſt. Tibullus.Cimmeriõ etiã obſcuras acceſſit ad oras. Quis nunq̃ cadente dies apparuit ortu Seu ſupra terras phœbus ſeu curreret infra. Homerus.Illis ſol nunq̃ phaeton ſua lumina ſpargit pernitioſa ſuper nox ſemper tenditur illis. Et Ouidius in undecimo met. Quo nunq̃ radiis orienſue cadenſue Phœbus adire poteſt: nebulæ caligine miſtæ Exhalantur humo dubiæ u,e crepuſcula noctis. Et tanais. Tanais a Septentrione ad meridiem uergẽs in mediã fere Meotida defluit:& Europam ab Aſia diuidit:ut Curtius docet. Lucanus. Aſiæ quoq; terminus idem.Europæ mediæ dirimens cõfinia terræ Nunc huc nunc illuc qua flectitur ampliat orbem. Sic tamen hæc abſunt. Ordo eſt. Tamẽ hæc ſic abſunt ut cũcta quæ nõ eſt contingere corpore:ſunt uidenda meo animo.Hæc tamen inquit:quibus careo:ita a me remota ſunt:ut ea quæ quum non poſſim corpore contingere:animo complectar. Aggrauat.Graues facit quum conſidero me nõ poſſe frui eius præſentia. Illa leuat. Eadẽ uxor exonerat moleſtiam quum ei⁹ erga me amor & fides occurrit. Onus ſibi impoſitum. Vel mariti abſentiam:uel certe onus impetrãdi reditus ab Auguſto. Vos quoq; pectoribus. Aliud eius incommodum: hoc eſt amicorum abſentiam cõmemorat. Eſt anceps.Eſt ambiguum:an uelitis nominari in meis uerſibus. Vel certe eſt dubium & periculoſum uos nominare. Protrahet.In longum trahet: & poſteris notum faciet. Si quis amauit occulte. Si quis me clam dilexit. Contacti ſimili ſorte.Perculſi eiuſmodi infortunio quali ego ſum.

**Amicitia inter pares firmiſſima**

**Cimerius Boſphor⁹ Meotis Cimmerii appellatio**

**Cimmeriæ tenebræ**

**Tanais.**

Dignus es:& fato cãdidiore frui.
Quod pro te ut uoueam miti pietate mereris
Hæſuraq; mihi tempus in omne fide.
Vidi ego te tali uultu mea fata gementem
Qualem credibile eſt ore fuiſſe meo.
Noſtras tuas uidi lachrymas ſup ora cadẽtes:
Tempore quas uno fidaq; uerba dabas.
Nũc quoq; ſummotũ ſtudio defendis amicũ
Et mala uix ulla parte leuanda leuas.
Viue ſine inuidia:molleſq; inglorius annos
Exige.amicitias & tibi iunge pares.
Naſoniſq; tui quod adhuc non exulat unum
Nomen ama:ſcythicus cætera pontus hẽt.
Proxima ſideribus tellus erimãthidos urſæ
Me tenet aſtricto terra peruſta gelu.
Boſphorus & tanais ſupãt: ſcythiæq; paludes
Vixq; ſatis noti nomina pauca loci.
Vlterius nihil ẽ:niſi non habitabile frigus:
Heu quã uicina eſt ultima terra mihi
At longe patria eſt lõge eſt chariſſima cõiux:
Quicqd & hæc nobis poſt duo dulce fuit
Sic tamen hæc abſunt:utq; contingere nõ eſt
Corpore.ſunt aĩo cuncta uidenda meo.
Ante oculos errat dõus:urbs & forma locoꝝ
Acceduntq; ſuis ſingula facta locis.
Coniugis ante oculos.ſicut pſẽtis imago:
Illa meos caſus aggrauat:illa leuat.
Aggrauat hæc quod abeſt:leuat hæc:qđ pſtat
Impoſitũq; ſibi firma tuet onus. (amorẽ.
Vos quoq; pectoribus noſtris hæretis amici
Dicere quos cupio nomine quenq̃ ſuo.
Sed timor officiũ cautus compeſcit:& ipſos
In noſtro poni carmine nolle puto.
Ante uolebatis gratiq; erat inſtar amoris
Verſibus in noſtris nomina ueſtra legi.
Qđ qm̃ eſt anceps:intra mea pectora quẽq̃
Alloquar & nulli cauſa timoris ero.
Nec meus indicio latitantes uerſus amicos
Protrahet:occulte ſiquis amauit:amet.
Scite tamen quãuis lõga regione remotus
Abſim.uos animo ſemper adeſſe meo.
Et qua qſq; poteſt oro:mala noſtra leuate:
Fidam proiecto neue negate manum.
Proſpera ſic maneat uobis fortũa:nec unquã
Contacti ſimili ſorte rogetis idem.

Rogetis idẽ.Idẽ pcemini:quod ego.

In Quintũ

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

In Quintam Elegiam enarratio.

Vſus amicitiæ tecum. Amici fidem perſpectam & cognitam in aduerſis præcipue rebus laudat Ouidius: quam dicit nunquam abituram ex eius animo: precaturq; deos: ut ei tribuant in poſte & amicos: quos in ſecundis rebus poſſit iuuare. Demum fatetur ſe ali exigua ſpe: ut aliquã do Auguſtus mitior fiat: & magis placidum tribuat exilium. Vſus amicitiæ. Cõſuetudo neceſſitudinis. Fuit paruus mihi tecum. Fuit rarus mihi tecum: quia raro utebar cõſuetudine tua. Vt illam nõ ægre poſſes diſſimulare. Vt poſſes illam facile celare: & oſtendere te nõ fuiſſe mihi amicum. Ni me complexus: Niſi me uehementer amaſſes fœliciori mea fortuna: q̃uis parua mihi tecum eſſet conſuetudo. Igne Iouis. Auguſti ira. Et adire limẽ. Et domum meam accedere. Idq; recẽs præſtas. In præſentia quoq; idem facis. Veterum. Subaudi amicorum. Mihi miſero. Scilicet præſtitere. Cõfuſos uultus. Vultus perturbatos. Scis charum ueri nominis eſſe loco. Quia charum illũ appellauerat: oſtẽdit in eius ui uerbi uerũ amoris nomen deſignari χαρισ enim gratiam ſignificat & amorem. Vnde Cicero libro primo de natura deorum ita ſcribit. Charum ipſum uerbum eſt amoris: ex quo amicitiæ nomẽ eſt deductum. Proba. Affirma. Meum uotum. Meum deſiderium: ut reddatur mitior Auguſtus. Quo quiſq; eſt maior. Auguſtum placari poſſe arguit. Magis eſt placabilis iræ. Iram eſſe ſcribit Ariſtoteles cupiditatem doloris reponendi: quam Ouidius inquit animum magnum & bene inſtitutum abiicere: nec enim (ut ait Seneca) q̃cq̃ magnum eſt: niſi q; ſimul & placidũ: & idẽ iraſci pro ſuis nõ ẽ pii animi: ſed infirmi. Ira aũt diſtat ab iracundia: ut ebrius ab ebrioſo: & timens a timido: iratus poteſt nõ eẽ iracũdus. Iracundus non poteſt aliquando iratus non eſſe. Corpora magnanimo. Exemplo leonis docet magnum animum facile iram ponere. Scribit enim Plynius Leoni tantum ex feris clementiam in ſupplices: ſiquidem proſtratis parcit. Dardani ſenis. Priami petentis ab Achille Hectoris cadauer: ut in Iliade ſcribit Homerus. Quæ ducis emathii. Alexãdrum Macedonem dicit. Macedonia enim antea nomine Emathionis regis: cuius prima uirtutis experimenta in illis locis extitere. Emathia cognominata eſt: autore Iuſtino ac Gelio. Pharos. Pharon inſulam paulum ſupra Canopieũ oſtium pro Alexandria ponit: quam ille i ægypto cõdidit ad ipſius inſulæ ſimilitudinem: ut docet Plutarchus: ad quem locum eius etiam corpꝰ detulit Ptolemæus Lagi filius: quod perdicæ abſtulit: Fuitq; repoſitum i alueo aureo Sed Coccas cui cognomento fuit Ptolæmeus ablato aureo loculo uitreum repoſuit: autor Strabo. Scribit etiam Curtius corpus Alexandri a Ptolemæo: cui ægyptus ceſſerat. Memphim & inde paucis poſt annis Alexandriã tranſlatum eſſe. De Pharo ita ſcribit Strabo libro decimo ſeptimo Pharos inſula quædam eſt oblonga oppoſita. Alexandriæ quæ continenti adiacet: bicipitem ad eam portum faciens. Nam quum littora re-

Vſus amicitiæ tecũ mihi puus ut illã
Non ægre poſſes diſſimulare: fuit.
Ni me cõplexus uiclis ꝓpioribꝰ eẽs:
Naue mea uẽto forſan eunte ſuo.
Vt cecidi: cunctiq; metu fugere ruinam:
Verſaq; amicitiæ terga dedere meæ.
Auſus es igne iouis ꝑcuſſum tãgere corpus:
Et deploratæ limen adire domus.
Idq; recẽs præſtas nec longo cognitus uſu.
Quod ueteꝝ miſero uix duo treſue mihi.
Vidi ego cõfuſos uultus uiſoſq; notaui:
Oſque madẽs fletu pallidiuſq; meo.
Et lachrymas cernẽs ĩ ſingula uerba cadẽtes
Ore meo lachrymas: auribus illa bibi.
Brachiaq; excepi preſſo pẽdentia collo.
Et ſingultãtis oſcula mixta ſonis.
Sũ quoq; chare tuis defenſus uiribus abſens
Scis charum ueri nominis eſſe loco.
Multaq; præterea manifeſti ſigna fauoris
Pectoribus teneo non abitura meis.
Dii tibi poſſe tuos tribuant defendere ſemꝑ:
Quos in materia proſperiore iuues.
Si tamen interea quid in his ego ꝑditus oris:
Quod te credibile eſt q̃rere: quæris: agã.
Spe trahor exigua: quã tu mihi demere noli
Triſtia leniri numina poſſe dei.
Seu temere expecto: ſiue hoc cõtigere fas ẽ.
Tu mihi quod cupio fas precor eẽ proba.
Quæq; tibi eſt linguæ facũdia cõfer in illud
Vt doceas uotum poſſe ualere meum.
Quo qſq; eſt maior: magis eſt placabilis iræ
Et faciles motus mens generoſa capit.
Corpora magnanimo ſatis ẽ proſtraſſe leoni.
Pugna ſuũ fineẽ: cum iacet hoſtis: habet.
At lupus & turpes inſtant morientibus urſi:
Et quæcunq; minor nobilitate fera eſt.
Maius apud troiã forti q̃d habemus achille?
Dardanii lachrymas non tulit ille ſenis.
Quæ ducis emathii fuerit clemẽtia: pharos

Charum

Ira quid

Iracundia

Leonis clementia

Emathia pharos

Vbi Alexãder cõditꝰ

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Præclariq; docent funeris exequiæ.
Neue hominũ referã flexas ad mitius iras:
Iunonis gener eſt:qui prius hoſtis erat.
Deniq; non poſſum nullam ſperare ſalutem:
Cum non ſit pœnæ cauſa cruenta meæ.
Nõ mihi quærẽti peſſundare cuncta petitum
Cæſareum caput ẽ quod caput orbis erat:
Non aliquid dixi:uiolẽtaq; lingua locuta eſt:
Lapſaue ſunt nimio uerba profana mero.

gio ſit ſinuoſa:duo promontoria in mare emittit:inter quæ inſula iacet:quæ dortũ claudit.Eſt ibi petra quædam mari circundata quæ turrim habet multis tabulatis excelſam:& albo lapide mirifice ſtructam eodem nomine quo inſula.Eam Soſtratus Gnidius regum amicis poſuit ob nauigantiũ ſalutem ut epigramma declarat.Nam quum ora ex utraque parte importuoſa & humilis eſſet & cautes & breuia haberet:ſignnm aliquod neceſſarium fuit altum & clarum quo nauigantes ad portus ingreſſum dirigentur:

Pharos qd

Pharos a priſcis dictas turres machinaſue in portubus ad prælucendi miniſterium nocturnoſque nautarum curſus digerendos fabricatas:ſicut iam tales pluribus locis inqt Plynius flagrant:ut Rauennæ:Talis pharos fuit quoq; capreis tempore Tyberii ea concidens protendit mortem Tyberii.Sunt qui ſcribant pharon a græcis latiniſq; iuxta appellari ex ipſius rei uſu eo:ꝙ longe uideatur a nauigantibus tanquam φανὸς: quod ſignificat lucidum.Solinus ſcribit Aegyptios in portubus machinas ad prælucẽdi miniſterium fabricatas pharos dicere.

Pharos inſula unde dicta

Pharos autem inſula ſic cognominata fuit a magiſtro nauis Menelai:cui id nomen fuit: ibidem ab aſpide interẽpto:& ſepulto:ut Anticlides ſcripſit:ea olim inſula fuit:poſtea Alexandriæ põte coniuncta:ut ſcribit Plynius:dicente Lucacano.Inſula quondam in medio ſtetit illa mari ſub tempore uatis Proteos: at nunc eſt Pellæis proxima muris Cæſar etiam in commentariis ita ſcribit.Pharus eſt in inſula turris magna altitudine mirificis operibus extructa:quæ nomen ab inſula accepit:hæc inſula obiecta Alexandriæ portum efficit: ſed a ſuperioribus regionibus in lungitudinem paſſuum noningentorum in mare iactis molibus anguſto itinere & ponte cum oppido coniungitur.

Exequiæ Alexãdri magni

Præclarique docent funeris exequiæ. Alexandri clementiæ in hoſtes teſtis locupletiſſima fuit Alexandria : ubi conditum fuit eius cadauer: cui parentauit Prolemæus: quam rem hic per exequias deſignat Ouidius: ex quo deſignat Alexandrum quoque iram poſuiſſe & clementia uſum in omnes: quod eſt generoſæ mentis peculiare: cuius rei Pharon teſtem eſſe dicit: propterea ꝙ ob regis clementiam eius cadauer ita honorifice ſeruatum fuit.De Alexandri corpore ita ſcribit Strabo. Circuitus quidam eſt Alexandriæ in quo regum ſepulturæ: & Alexandri erat.Nam Ptolemæus Lagi filius Alexandri corpus Perdicæ abſtulit:quum id ex babylone deferret: atque huc diuerteret:auaritia tractus:ut ægyptum ſibi uendicaret: periit ille a militibus interemptus. Nam quum Ptolemæus aduentaſſet eum in inſula deſerta incluſit: ubi Sariſſis confoſſus eſt: Alexandri corpus Ptolemæus Alexandriam detulit:eique parentauit.Potes etiam per exequias intelligere mœrorẽ

Dolor gentiũ ob Alexandri mortem

gentium deuictarum ab eo poſt mortem:idque ob eius clementiam.Nam(ut ſcribit Iuſtinus)omnes barbaræ gentes paulo ante deuictæ:non ut hoſtem eum:ſed ut parentem luxerunt. Quin ipſa quoq; Darii mater mortem ſibi ipſa conſciuit:uel(ut alii malunt)media periit:per pharon igitur Alexandriæ & Aegyptii:per exequias uero cæterorum dolorem deſignat.Superior ſententia magis placet.De clementia Alexãdri in deuictos:& morte:ac ploratu:lamentiſq; & planctibus uariaꝫ gentiũ:legito Curtium & Iuſtinũ. De ueneni uero uĩ quod ei datum ferũt.Idẽ Curtius:Iuſtinus: Vitruuius libro octauo.Herodotus & Plutarchus abunde ſcripſere. Ad mitius. Ad magis mitẽ animũ. Iunonis gener eſt.Herculẽ dicit q Hebẽ

Senecæ duo

Iunonis filiã uxorẽ duxit dicẽte Seneca poeta in Octauia.Deus Alcides poſſidet Heben:Nec Iunonis iam timet iras:Cuius gener eſt:qui fuit hoſtis.Dixi autem Senecam poetam:quoniam Senecæ duo fuerũt. Alter philoſophus Neronis præceptor. Alter uero Tragœdiarum ſcriptor:quod apertiſſime declarat Sidonius poeta his uerſibus: Non quod Corduba præpotens alumnus Facundum ciet:hic puteus legendum. Quorum unus colit hiſpidum Platona.Incaſſumq; ſuum monet Neronem.Orcheſtram quatit alter euripidis Pictum fœtibus Eſchylon ſequutus:& Martialis.Duoſq; Senecas unicunq; Lucanum Facũda loquitur Corduba.

Habes fabula

Quare corrigendus eſt error eorum:qui putant unum tantum Senecam fuiſſe poetam pariter & philoſophũ:ac Neronis præceptorem.Sane Hebe(ut in Odyſſea ſcribit Homerus)filia fuit Iouis & Iunonis.Alii uero ſolius iunonis:quæ in conuiuio Apollinis lactucas agreſtes comedit: & facta ilico grauida ex eo conceptu Heben peperit:quæ quia formoſa erat.Ioui pocula miniſtrabat: ut in quarto

Habe iuuẽtutis dea

Iliados docet Homerus.Poſtremo Herculem in Oeta monte mortalitate exuſta in numerum deorũ aſſũpto coniunx data eſt.Heben autem ſcribit Seruius eſſe iuuentutis deam. Non ſit cruenta.Non ſit capitalis aut cæde alicuius aſperſa. Mihi quærenti peſſundare cuncta. Mihi quærenti omnia meo imperio ſubiicere & orbem inuadere. Non eſt petitum: non ſum impetu aut inſidiis aggreſſus. Non aliquid dixi.Non aliquid locutus ſum quod imperatorem offenderet. Violenta.Minans uim aliquam.

Profana quid

Verba profana. Verba non ſancta.plautus. Sanctum an profanum habens paruipẽditur. Profanum autem(ut eſt autor Macrobius)omnes pœne conſentiunt id eſſe:quod extra fanaticam cauſam ſit:quaſi porro a fano & religione ſecretum:cuius ſignificatus exemplum cõſecutus eſt Maro:quũ de luco & aditu inferoꝝ

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

tu in ferorum ſacro utroq; loqueretur dicens. Procul o procul eſte profani Conclamat uates totoq; abſiſtite luco:& Liuius libro nono. Interea dedite inquit profanos nos quos ſalua religione poteſtis. Trebatius id prophanū ꝓprie dici ait:quod ex religioſo & ſacro in hominum uſum proprietatemq; cōuerſum eſt. Vergili⁹. Faune precor miſerere inquit:tuq; optima ferrum. Terra tene: colui ueſtros ſi ſemper honores. Quos cōtra æneadæ bello fecere profanos:dixerat enim prius. Sed ſtirpem teucri nullo diſcrimine ſacrū Sustulerāt:Profanū ſcribit Pōpeius id dici:qđ fani religione teneť. Varro ait pſanū id eſſe qđ eſt ante fanū coniunctum fano. Hinc profanatū quod in ſacrario factū. Nimio mero. Nam nimiū uinum cogit plærunq; ſecreta detegere:& linguā proteruā fieri:quod Gallo poetæ eueniſſe arbitratus eſt Ouidius ut diximus. De uinolētiæ & ebrietatis incōmodis lege Oratiū i ode. xviii. Plector. Crucior. Ecce quomodo hic etiam Ouidius oſtendit ſe aliquid uidiſſe:cui⁹ cauſa in exilium eiectus eſt. Peccatumq; oculos. Ordo eſt. Peccatum meum eſt me habuiſſe oculos:hoc eſt uidiſſe. Totam culpam. Rē omnē ut ſe habuit: nam Auguſtum offenderē uel certe dicit prorſus non poſſum abſolui: q; ea uiderim quæ non uidenda erant. Sed error habet partem noſtri criminis. Sed pars criminis mei errori & iprudētiæ aſcribēda eſt: q; per errorem potius q̄ de idustria ea uiderim:q̄ nō uidenda erant. Facturum. Te datur; operā. Vt molliat ipe. Vt ipſe Auguſtus mollē & mitē faciat. Mutati loci. Mutati exilii. Hoc Vt pœna muteť. Admiſſo equo. Celeri equo.

Inſcia quod crimen uiderunt lumina plector:
Peccatumq; oculos eſt habuiſſe meum.
Non eqdem totā poſſum defendere culpam:
Sed partem noſtri criminis error habet.
Spes igitur supereſt facturum ut molliat ipſe
Mutati pœnam conditione loci.
Hoc utinā nitidi ſolis prænuncius ortus
Afferat admiſſo lucifer albus equo.

Foedus amicitiæ nō uis chariſſie nr̄æ
Nec ſi forte uelis diſſimulare potes.
Donec enī licuit:nec te mihi charior alter
Nec tibi me tota iūctior urbe fuit.
Iſq; erat uſq; adeo populo teſtatus:ut eſſet
Pene magis q̄ tu quāq; ego notus amor.
Quiq; eſt in charis animi tibi candor amicis:
Cognitus eſt illi quem colis ipſe uiro.
Nil ita celabas:ut non ego conſcius eſſem.
Pectoribuſq; dabas multa tegenda meis.
Cuiq; ego narrabā ſecreti quicqd habebam:
Excepto quod me perdidit:unus eras.
Id quoq; ſi ſciſſes ſaluo fruerere ſodali:
Conſilioq; forem ſoſpes amice tuo.
Sed mea me in pœnā:nimirū: fata trahebant.
Omne bonæ claudunt utilitatis iter.
Siuæ malū potui tamen hoc uitare cauendo
Seu ratio fatum uincere nulla ualet.
Tu tamen o nobis uſu iunctiſſime longo
Pars deſiderii maxima pene mei.

In Sextam Elegiam Enarratio.

Foedus amicitiæ. Hac ēt elegia amici fidē laudat Ouidius: quā eū etiā ſi uelit minime diſſumulare poſſe oſtendit: cuius conſilio ſi uſus fuiſſet:fateť ſe incolumē ſemper eſſe potuiſſe. Demū illū ꝓcatur: ut ei Auguſtum mitiorem reddat: quo is ſibi exilii locum mutet: quādoquidem nulli ſceleri ſe obnoxium eſſe ſciat. Fœdus amicitiæ. Ordo eſt. O chariſſime non uis diſſimulare fœdus noſtræ amicitiæ:nec potes diſſimulare etiam ſi forte uelis. Teſtatus populo. Probatus populo. Vt eſſet pene magis q̄ tu:quāq; ego notus. Vt amor noſter eſſet notior populo Rōano q̄ tu aut ego. Quiq; eſt in charis. Ille candor & fides inquit animi tui:quo candore amicos ꝓſequeris. Quem colis ipſe. Quē ſuſpicis & ueneratis:fortaſſe Auguſtum deſignat:uel certe amas:& amicū aliquē denotat ſuppreſſo nomīe. Cuiq; ego narrabā. Ordo eſt. Et tu unus eras:cui ego narrabā qcquid ſecreti habebā: excepto illo quod me perdidit. Id quoq; ſi ſciſſes. Si e tiam quod me perdidit intellexiſſes. Saluo ſodali. Sodali incolumi:& non exule. Cōſilio tuo. Tuis monitis. nam mihi recte conſuluiſſes. Malū. Quod mihi euenit. Eſt autem ſenſus. Siue fata poſſunt euitari rōne ſiue nō poſſunt:te tn̄ precor ut ſis memor mei. Cauendo. Mihi proſpiciendo. Seu rō fatū. Ex ſtoicorum ſententia Fatū eſſe ineuitabile dicit: quam rem etiam expreſſit Curtius libro quinto his uerbis. Eludant uidelicet:quibus forte ac temere negocia humana uolui:agiq; perſuaſum eſt. Equidē æterna conſtitutione crediderim:nexuq; cauſarum latentiū:& multo ante deſtinatarum ſuum quenq; ordinem immutabili lege percurrere:& libro quarto. Sed(ut opinor) Fatum ineuitabile eſt:& Herodotus libro nono. Quicquid ex deo fieri oportet:id homini ieuitabile eſt. De ui autem & fati neceſſitate:& quomodo fatum diffinierit Chryſippus docet Gelius libro ſexto:plura etiam Cicero ſcribit in libro de Fato:& primo de diuinatione etiam hæc. Fieri igitur omnia fato ratio cogit fateri. Fatum autem appello quod græci Himarmen ideſt ordinem ſeriemq; cauſarum: quum cauſa cauſam ex ſe gignat:ea eſt ex omni æternitate fluens ueritas ſempiterna:hāc ſententiam refellit Euſebi⁹ de præparatione euangelica libro ſexto. Longo uſu. Longa conſuetudine.

Fatū ineuitabile ſecūdum ſtoicos.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶ Sis memor. Mei te nõ capiat obliuio. Et ſi quas fecit tibi gratia uires. Vel gratia ĩperatoris: uel certe Ouidii ut ſit ſenſus. Et ſi quid ualet apud te gratia mea. Numinis læſi. Auguſti quẽ offendi. Error: Im prudẽtia. Nec breue. Nec res breuis: ſed longa narratu. Nec tutũ eſt. Propter Auguſtũ quẽ offenderẽ.
Funeſti mali. Mali qđ mihi funus & triſtitiam attulit. Tempus illud quo Auguſtũ læſi. Et admonitu ſit nouus ipſe dolor. Et recrudeſcit dolor recordatiõe ipſa. Et quæcunq; deo Auguſtũ deũ appellat.
Poſſint afferre pudorem. Poſſint ignominia afficere. Illa condita. Ea ignominioſa tecta & occulta.

Sis memor: & ſi quas fecit tibi gratia uires:
Illas pro nobis experiare rogo:
Numinis ut læſi fiat manſuetior ira:
Mutatoq; minor ſit mea pœna loco.
Idq; ita ſi nullũ ſcelus eſt in pectore noſtro:
Principiumq; mei criminis error habet.
Nec breue nec tutũ ẽ: quo ſint mea dicere cãu
Lumina funeſti conſcia facta mali.
Menſq; reformidat: ueluti ſua uulnera tẽpus
Illud: & admonitu fit nouus ipſe dolor.
Et quæcunq; adeo poſſint afferre pudorem:
Illa tegi cæca condita nocte decet.
Nil igitur referã niſi me peccaſſe ſed illo
Præmia peccato nulla petita mihi.
Stultitiamq; meum crimen debere uocari:
Nomina ſi factis reddere uera uelis.
Quæ ſi non ita ſunt: alium quo lõgius abſim:
Quære: ſuburbana hæc ſit mihi terra locũ.
Vade ſalutatũ ſubito parata perhillã
Littera ſermonis fida miniſtra mei.
Aut illã iuenies dulci cũ matre ſedẽ
Aut inter libros pierideſq; ſuas. (tem:
Quicqd aget: cũ te ſcierit ueniſſe relinquet.
Nec mora: quid uenias: qdue reqrat agam.
Viuere me dices: ſed ſic: ut uiuere nolim:
Nec mala tã lõga noſtra leuata mora.
Et tamẽ ad muſas (quamuis nocuere) reuerti
Aptaq; in alternos cogere uerba pedes:

Cæca nocte. Obſcuris tenebris & perpetua taciturnitate. Sed illo præmia peccato nulla petita mihi. Sed peccatum illud imprudenter admiſit: nõ ut aliqd inde præmii uoluerim referre. Stultitiamq;. Subaudi referam.
Stultus — Stultus aũt imprudẽs eſt: & ĩprouidus: multiq; nõ inſipiẽtes hoĩes aliquãdo ſtulte agũt. Nomina ſi factis. Si uelis noĩa rebus reſpõdere. Quæ ſi non ita ſint. Si quæ dixi ſcilicet me per imprudẽtiam erraſſe: nõ ſunt qualia a me dicta ſunt.
Aliũ quo longius abſim. Ordo eſt. Quære aliũ locũ quo lõgius abſim. Suburbana hæc ſit mihi terra. Quo lõgius abſim. Quo in loco remotior ẽt ab urbe Roma: uel tomitana exulem. Suburbana hæc ſit mihi terra. Nõ modo inquit ad lõgius ꝓficiſcar exiliũ: Sed etiã uolo ut ſuburbana alicuiꝰ urbis Scythiæ magis periculoſa & hoſtibus expoſita ꝗ tomos ad maius ſuppliciũ ſi non loquor uera ſint mihi exilium. Suburbanum autem ſignificat non modo prædium: ſed quicquid eſt in ſuburbanis.

In Septimam Elegiam Enarratio.

Vade ſalutatũ. Ad filiã Perhillã ſcribens Ouidius primo fatet̃ ſe muſis uacare: ꝗuis illæ ſibi nocuerint: eãq; hortat̃ ut idẽ faciat quo ſibi ĩmortalitatẽ cõparet: nã ea formæ elegantia: quæ ĩ ipſa erat: ſenectute & tp̃e uitiabit̃. At ĩgenii dotes ſemp permanebũt. Littera parata. O epiſtola ſcripta. Sed ſic. Sed uiuere ita miſere.
Leuata. Eſſe ĩminuta: hoc eſt dices etiã nr̃a mala tãto tp̃is interuallo minime eſſe attenuata. Et tamen reuerti ad muſas. Et tñ dices me ad muſas redire. Cogere dices me etiam colligere. In alter nos pedes. In dactylum &
Metrum — ſpondeũ: ex qbus metra cõficiunt̃. Metrũ enĩ
Numerus — græce: latine Numerus uocat̃. Eſt aũt numerꝰ
Carmen — æqualiũ pedũ legitima ordinatio. Carmen ue
Pes — ro eſt modus uocibus iunctus: cuius diſcrimina cãtus: modus: motus: autor Cẽſorinus. Eſt aũt pes (ut do
Poetica — cet Diomedes) ſublatio ac poſitio duaꝝ aut triũ ampliuſue ſyllabaꝝ ſpatio cõprehẽſa. Studiis cõibus.
quid — Studiis poeticis. Eſt aũt poetica (ut idẽ Diomedes docet) fictæ ueræq; narrationis cõgruẽti rhythmo uel
Rhythmꝰ — pede cõpoſita metrica ſtructura ad utilitatem uoluptatẽq; accõmodata. Rhythmus autẽ eſt uerſus ima
Rhythmꝰ — go modulata ſeruans numerũ ſyllabaꝝ poſitionẽ ſæpe ſublationẽq; cõtinẽs: is latine modus ſiue nume
unđ dictus — rus dr̃. Vergilius. Numeros memini ſi uerba tenerẽ. Fabius docet Rhythmos neq; finẽ hr̃e certũ: nec ullã
Poetice — in cõtextu uarietatẽ. Sed qua cœperũt ſublatiõe ad poſitionẽ uſq; decurrere. Rhythmus aũt credit̃ dictꝰ
Poema — a Rhythmonio Orphei filio & Idmoneæ nymphæ Maricæ: ut tradidit niceratus ĩ libro quẽ cõpoſuit de
Poeſis — Muſico fratre Rhythmonii. Diſtat autẽ poetice a poemate & poeſi: ut placet Diomedi: ꝗ poetice ars ipſa intelligitur. Poema aũt pars opis ut Tragœdia poeſis cõtextus: & corpus totius opis effecti: ut Ilias: Odyſſea: Aeneis. Quintilianꝰ tñ poeſim pro poetice poſuit. Nã in calce libri. xii. ita ſcribit. Quãtũ. n. poeſis ab Homero & Vergilio: tantũ faſtigiũ accepit eloquẽtia a Demoſthene: atq; Cicerone: Marcellus quoq; ita ſcribit. Poeſis eſt textus ſcriptoꝝ ut Odyſſea: uel Ilias Homeri: aut Aeneis Vergilii. Poema ĩuẽtio parua: quæ paucis uerbis exprimit̃ ut in gladiatoriis ludis Homeri. Poetica eſt ars eaꝝ rerum. Lucilius in. xi. ſatyra. Non hoc quod ualeat: quidue interſit hoc & illud cognoſcis: primũ hoc qđ diximus eẽ poema. Pars eſt ꝑs pua. Idẽ in epiſtola. Itẽq; uis nõ magna poema eſt. Illa poeſis opus totũ totaq; illa ſumma eſt una.

Ecqđ

¶ Ecquid inhæres? Nunquid das operam? Non more patrio. Nō laſciuis numeris ut ego uſus ſum aut certe num pro an: ut ſit interrogantis. Nam tibi cū fatis. Et natura & fato Ouidius dicit filiam mores aſſecutam eſſe. Loquiť enim ſecundū eoꝝ opinionē qui credidere hoïes: aut mores: aut alia id genus natura quodā ordine ad finē peruenire niſi fato impediant: Alexander aūt Aphrodiſius hāc opinionē cōſutauit in libro: quē de fato ad Antoniū edidit: multis enim argumentis oſtendit nihil aliud eſſe fatū: aut fatatū q̄ quod natura fit: De uita hoīs: quæ fato: natura: & fortuna cōtineť: diximus ſupra. Et raras dotes. Et bona aī uel corporis: quæ raris & paucis danť.

*De fato & natura*

*Fatū id eē quod natura ſit*

Tu quoq; dic ſtudiis cōibus ecquid inhæres?
Doctaq; non patrio carmina more canis?
Nam tibi cum fatis mores natura pudicos:
Et raras dotes ingeniumq; dedit.
Hoc ego pegaſidas deduxit primus ad undas
Ne male facundæ uena periret aquæ.
Primus id aſpexi teneris in uirginis annis.
Vtq; pater: natæ duxq; comeſq; fui.
Tunc quoq; (ſed forſan noſtrū deleuit amorē
Tempus) eram nimio iunctus amore tibi.
Ergo ſi remanēt ignes tibi pectoris iidē:
Sola tuum uates lesbia uincit opus.
Sed uereor: ne nunc mea te fortuna retardet:
Poſtq; meos caſus ſit tibi pectus iners.
Dnm licuit tua ſæpe mihi: tibi noſtra legebā:
Sæpe tui iudex: ſæpe magiſter eram.
Aut ego præbebā factis modo uerſibus aures
Aut ubi ceſſaras cauſa ruboris eram.
Forſitan exemplo: quia me læſere libelli:
Tu quoq; ſis pœnæ facta ruina meæ:
Pone philla metū: tantūmodo fœmina nulla:
Neue a ſcriptis diſcat amare tuis.
Ergo deſidiæ remoue doctiſſima cauſas:
Inq; bonas artes: & tua ſacra redi.
Iſta decens facies longis uitiabitur annis:
Rugaq; in anriqua fronte ſenilis erit.
Iniicietq; manus formæ damnoſa ſenectus:
Q uæ ſtrepitum paſſu non faciente uenit.
Cumq; aliqs dicet: fuit hæc formoſa dolebis:
Et ſpectaculum mendax eſſe quærere tuū:

Hoc. Scilicet tuū ingeniū. Ad undas pegaſidas. Ad fontē muſaꝝ: quē equus alatus pegaſus natus ex ſanguinæ Meduſæ: quū ad parnaſum peruenisſet. pede fodiēs effecit. Fabulam refert Higynus. Ouidius libro. iiii. met. & Lucanus in. xi. Deſignat aūt Ouidius ſe primū filiā docuiſſe artē poeticā. Male periret. Male pderetur. Aquæ facūdæ. Aquæ facūdiā habētis: aut dantis: Sunt qui legant fœcūdæ hoc eſt abūdantis: fertilis. Primus id aſpexi. Primus hoc ingeniū tuū notaui. Vtq; pater. Vt fui inquit pr̄. ita fui dux: & comes filiæ. Erā nimio iūctus amore tibi. In alio codice hi duo uerſus ita leguntť. Tunc quoq; (ſed forſan nr̄m deleuit amorē Tēpus) eras magno iūctus amore mihi. Iidem ignes. Iidē calores apollinei: aut certe ardores ingenii. Quintilianus. Quid iucūditatis in ſermone? quos īgenii igniculos. Sola uates lesbia. Sola uates Sappho ex Leſbo īſula. Mea fortuna. Meū exiliū & infortuniū. Tua ſæpe mihi. Subaudi legebas. Aut ubi ceſſaras. Aut quādo a recitatiōe deſtiteras deprehenſo a me aliquo errore in tuo carmīe. Cauſa ruboris erā. Quia tui carminis errorē deprehēdebas. Forſitan exēplo qa me læſere libelli. Tu quoq; ſis pœnæ facta ruīa meæ. Ordo eſt. Vereor ne tu quoq; ſis facta ruina. i. corrueris exēplo meæ pœnæ: quia & reliqua hoc eſt timeo ne tu quoq; meo exēplo corrueris deſerendo poetices ſtudia: q̄ ea me pœna affecerit: Sūt q̄ ita legant. Tu quoq; ſis pœnæ fata ſecuta meæ: ut fata p̱ poetæ īfœlicitate accipiāt: idē tamen eſt ſenſus. Pone perhilla metum. Filiā hortať ne timeat carminib⁹ poſſe accidere quod ſibi euenit docēs quid tm̄ euitandum ſit. Cauſas deſidiæ. Timorē ne qd tibi ex uerſu mali accidat. In bonas artes: Poeticā facultatē ſignificat. Iſta decēs facies. Hæc tua Pulchritudo: Poeta āt formā: & diuitias fragiles: aī uero bona ſempiterna eſſe colligit. In antiqua fronte. In fronte iam ſenio confecta. Iniiciet manus formæ. Formam ſibi uendicabit: & turpem reddet. Damnoſa ſenectus. Senectus: quæ iuuenes dāno afficit. Paſſu non faciente ſtrepitum. Ideſt gradu qui non ſentitur. Obrepit. n. non intellecta ſenectus. Speculum tuum eſſe mendax. Tuum ſpeculum non reddere ueram formam: & qualem prius uideras: Vnde Helena ſe in ſpeculo rugoſam conſpiciens flebat: dicente Ouidio in ultimo met. Flet quoq; ut in ſpeculū rugas conſpexit aniles Tyndaris: & ſecum cur ſit bis rapta requirit. Poſtea ſubiungit. Tempus edax reꝝ: tuq; inuidioſa uetuſtas Omnia deſtruitis: uitiataq; dentibus æui Paulatim lenta conſumitis omnia morte. Illud notandum: nihil aliud eſſe illam in ſpeculis imaginem: q̄ umbram digeſta claritate materiæ excipientis. Vitrea autem ſpecula ideo ualde elucent (autore Alexandro Aphrodiſeo) quoniam introrſus ipſa ſtanno illiniunt. Ineſt autem eius natura perſpicua: & perinde uitro copulatum quod per ſe lucet plus adhuc renidet radios ſuos per uitri ſpiramenta tranſmittens: duplicat quod in ſuperficie: & extra uitreū corp⁹ eſt: atq; ita admodū elucentia euadunt ſpecula. Idē ēt docet cur in ſpeculis: & perſpicuis aquis nos intuemur: quia qualitas uiſus ad perſpicua abiens corpora per refractionē radioꝝ: qui ab oculis exeūt accedat ad ſui aſpectum. Optima aūt Specula apud maiores fuere brunduſina ſtanno & æremiſtis: Speculū

*Tempora oīa deſtruunt*

*Imago in ſpeculis qd*

*Cur ſpecula ualde lucent*

*Cur in ſpeculis nos intuemur*

*Specula brūduſina*



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Imaginare
Speculo utendú eé

Catullus appellauit imaginoſum:qm̃ imaginē facit.Inueniť etiā imaginare pro eo quod eſt imaginē facere:quo uerbo utiť Gelius iibro.xv.cap.xviii.ita.n.ſcribit.Item ut ſpeculum in loco certo poſitum:nihil imaginet:aliorſum tranſlatum faciat imagines:Socrates philoſophus ultro ſuaſiſſe fertur diſcipulis ſuis: ut crebro ſemet in ſpeculo cōtemplarentur:ut qui ſibi pulchritudīe cōplacuiſſet:impēdio procuraret: ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret:qui uero minus ſe cōmendabilem forma putaret: ſedula opam daret ut uirtutis laude turpitudinē tegeret.Demoſthenē ēt docet Fabius ſemp ante ſpeculū q̃ſi ante magiſtrū cās meditatū.

Cur ſpecula inuenta

Specula Seneca in prio nat.qōnū ſcribit inuenta: ut hō ipſe ſe noſceret formoſus ut uitaret īfamiam deformis ut ſciret redimēdum eſſe uirtutibus quicquid corpori deeſſet.Iuuenis ut flore ætatis admoneretur illud tp̄s eſſe diſcēdi & fortia : audēdi. Senex ut indecora carnis deponeret:& de morte aliqd cogitaret: poſtea regꝫ iā potiēte luxuria ſpecula totis paria corpib⁹ auro argentoq; cælata ſūt:deīde gēmis adornata. Finge ſed immēſis cēſihus eſſe pares.Sed exiſtima te poſſidere eas diuitias : quæ poſſint cōparari opib⁹ & prouētui ditiſſimi cuiuſq;.

Diuitiæ fluxæ

Nēpe dat & qđ cūq; libet.Sententia elegantiſſima : qua docet diuitias eē bōa fortūæ fluxa atq; fragilia. Virtutem autē claram æternāq; haberi:ut eſt apđ Saluſtiū. Hyrus & ē ſubito de Hyro mēdico abūde diximus in ultimo de remedio amoris.

Crœſus rex

Qui mō crœſus erat.Crœſus rex fuit Lydiæ ditiſſimus:capt⁹ āt a Cyro rege Perſaꝝ uictus cōpedibus ſuper ingētē quā ſtruxerat lignorū ſtruē ab eo imponiť ut uiuus cremareť. Crœſo autem ſuper pyra ſtanti ueniſſe in mentem ferūt:quod ab eo ſibi nutu dei a Solone fuiſſet dictū ex uiuētibus beatum eſſe neminem :

Viuens nemo beatus

quibus auditis Cyrum tradunt pœnituiſſe:quum ſe quoq; hominem eſſe cognoſceret: qui alium hominem olim ſe non inferiorem uiuum rogo traderet:ꝑterea ueritum ob id pœnam ac reputātem nihil eſſe in rebus humanis ſtabile:iuſſiſſe ignē celerrime extigui iam incēſum Crœſumq; deponi: eumq; ſolutū iuxta ſe collocauit:multaq; habuit obſeruantia Hiſtoriam refert Iuſtinus:ſed plenius Herodotus.Senſus ergo eſt.Qui paulo ante erat ditiſſimus:ſolet a fortuna deprimi & pauperrimus fieri.

Oīa hominum mortalia ꝑter ingenii bona

Nil non mortale.Omnia mortalia. Pectoris exceptis ingeniiq; bonis.Idē ēt ſic refert Proptius.At nō ingenio quæſitum nomē ab æuo Excidet:ingenio ſtat ſine morte decus.

Montes ſeptē Romæ
Septimontius dies

De ſuis ſeptem montibus. Roma enim(ut diximus autore Plynio)ſeptem complexa fuit montes:Capitolinum.ſ.Auentinum: Cælium : Exquilinum: Viminalem.Quirinalem:Palatinum:quorum etymologiā legito apud Varronē ſcribētē ab his ſeptē mōtib⁹ in quibus ſita eſt diem Septimōtium nominatum eſſe. Vnde & Vergilius ita cecinit : Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma:Septem quæ una ſibi muro circundedit arces. Martia roma:Roma quæ erat in tutela Martis propter Romulum eius filium. Quam ſtudii maneat fœlicior uſus.Quæ habeas fœliciorem utilitatem & fortunam ex ſtudiis poeticis:q̃ ego habui. Venturos rogos.Mortem uenturam.

Sūt & opes modicæ:cū ſis digniſſima magnis:
Finge ſed immenſis cenſibus eſſe pares.
Nēpe dat & quodcunq; libet fortuna:rapitq;:
Hyrus & eſt ſubito qui modo crœſus erat.
Singula quid referā:' nil nō mortale tenemus:
Pectoris exceptis ingeniiq; bonis.
En ego cum patria caream uobiſq; domoq;:
Raptaq; ſint:adimi quæ potuere mihi.
Ingenio tamen ipſe meo comitorq; fruorq;:
Cæſar in hoc potuit iuris habere nihil.
Q uilibet hanc ſæuo uitam mihi finiet enſe:
Me tamen extincto fama ſuperſtes erit.
Dumq; ſuis uictris ſeptem de montibus orbē
Proſpiciet domitum martia roma legar.
Tu quoq;:quam ſtudii maneat felicior uſus:
Effuge uenturos q̃ potes uſq; rogos.

NVnc ego triptolēi cupē aſcēdere cur
Miſit i ignotā q rude iem̄ humū(rus

In Octauam Elegiam Enarratio.

Triptolemi fabula

NVnc ego Triptolemi.Deſiderio quum patriæ:tū ſuoꝝ ita teneri poeta ſcribit:ut cupiat celeri aliquo curſu eo ſe conferre:quam rem ſibi Auguſtū ſolū p̄ſtare poſſe oſtendit: narratq; exilii ſui incomoda:optatq; ut tandem Cæſar iræ modū ſtatuat:& mitius præbeat exiliū. Triptolemi currus.Currum intelligit:quē a Cerere accepit Triptolemus : de quo huiuſmodi fabulā refert Lactātius:Ceres quū Proſerpinā filiā quæreret uenit ad Eleuſinū regē:cuius uxor iona puerū peperit Triptolemū:ſeq; nutricē ſimulabat.Hāc regina libēs nutricē filio ſuo recepit:datq; ei nutriēdū. Ceres dū alūnū ſuū uellet īmortalē reddere:interdū lacte diuino nutriebat:noctu clā igne eum obruebat.Itaq; præterq̃ ſoliti erāt mortales creſcebat.Quū hoc pater mirareť:nocturno tempore obſeruauit:& quū Ceres pueꝝ igni obrueret:pater exclamauit: illa irata Eleuſinū exanimauit:ac Triptolemo alūno ſuo æternum beneficiū cōtulit.Nam fruges ei ꝓpagādas:& currū draconibus iūctum tradidit:qbus ille uictor orbē terraꝝ frugibus obſeuit:poſteaq̃ domū rediit:Cepheus rex eū tanq̃ æmulus īterficere conatus eſt:Sed re cognita iuſſu cereris Triptolemo regnum tradidit:ibiq; oppidum cōſtituit:quod ex patris ſui nomine Eleuſinum appellauit.Cereri ſacra primus inſtituit:quæ Theſmophoria græce appellantur. Fabulam ēt habes apud Ouidium in met.& in quarto faſtorum.De Triptolemo nonnulla etiam Higynus.Is eum ſcribit primum omnium rota uſum:ne curſu moraretur:eumq; a draconibus ductum.

Eleuſinum oppidum
Theſmophoria
Rota primum uſus Triptolemus

Dracone

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶Dracones medeæ. Medea poſt Peliæ necem fraude interempti iunctis currui draconibus aufugit dicẽte Ouidio in meta. Quæ niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras. Non exempta foret: pœnæ: Inde (ut ſcribit diodorus) Corinthum peruenit ad maritum Iaſonem: qui illi ætate paulatim decorem formæ auferẽte: Glaucæ Creontis regis filiæ amore captus: eam duxit uxorem Medeam uero urbe expulit: Illa quũ a receſſu diem unum petiiſſet: noctu regiam ingreſſa: eam certis medicamentis incendit: Glaucam: Creõtemque etiam igne abſumpſit: inde poſtea Athenas pũenit dicente Ouidio in met. Sed poſtq̃ colchis arſit noua nupta uenenis: Flagrantemque domũ regis male uidit: utroq; Sanguine natorum perfunditur impius enſis. Vtraq; ſe mater male Iaſonis effugit arma: Hinc titaniacis ablata draconibus itrat Palladias arces. Iactandas pẽnas. Alas agitandas: & mouendas uolando. Siue tuas Perſeu. De alis Perſei: & Dædali abunde ſcriptũ ẽ quũ ab aliis tum in primis ab Ouidio in met. Solũ patriæ. Terrã romanã. Quẽ ſenſiſti. A quo exulaſti. Deũ. Auguſtũ. Eris ales. Vteris ea celeritate in redeũdo: qua aues in uolando. Quum iã ſatiauerit irã. Quum iam iram poſuerit Auguſtus. Quod min⁹ ẽ. Quæ res eſt minoris momenti: q̃ reditũ concedere. Nec aquæ faciunt: Nec aquæ: aut alia elemẽta in Scythia mihi ꝓſunt. Perpetuus lãguor. Aſſidua quædã debilitas. Seu uitiant art⁹. Cauſas duas aſſignat ſui lãguoris. Siue inquit animi dolore ſiue aeris intẽperie corp⁹ uitiatur. In regione. In Scythia. Nam cibi mutatio & aquæ potiſſimũ grauis eẽ ſolet: ut docet Ariſtoteles in problemat. Aut certe q̃a aer regionis põticæ ſua craſſitudine nec hieme tepeſcit: nec refrigerat æſtate. Sol enim recedit per hiemẽ: accedit per æſtatem: quæ cauſa eſt: ut illic intentius & æſtus & frigora fiãt: & ideo regio illa iſalubris etiã ſit his: qui locis illis nõ aſſueti ſint. Scribit Diodorus ita patriæ amorẽ quendam ingẽtem natura ſingulis innatũ eſſe: ut hæ gẽtes ultro potius eam deligant uitã & incommoda: q̃ alio cogantur more uiuere. Aeris aũt malitiã cõſuetudinem a teneris annis cœptã ſuperare affirmat. Vt tetigi põtũ. Vt in ponticam regionem perueni. Vexant inſomnia. Agitãt crebra & tumultuoſa inſomnia: quod ſignũ eſt aduerſæ ualitudinis, ut docet Cornelius Celſus. Scribit Ariſtoteles in problemat. eos qui deterius uel animo uel corpore ſunt affecti: deteriora ſõnia cõcipere. Quippe quũ etiã affectio corporis faciat ad ſomnii uiſionem: hominis enĩ morbo laborãtis: ꝓpoſita quoq; animi uitioſa ſunt: atq; etiã propter corporis perturbationẽ animus quieſcere nequit. Vtraque pars æqua eſt. Tam mente: q̃ corpore pariter male ualeo. Binaq; damna fero. Patior damnum & mẽtis & corporis. Veluti ſpectabile corpus. Tanquã ſi eſſet corp⁹ cõſpicuũ: & dignum ſpectatu. Oſtendit aũt cauſas: quibus mens ſua dolore afficitur. Forma meæ fortũæ. Qualitas & deformitas illa meæ cõditiõis. Cult⁹. Veſtitũ. Sonoſq;. Et uerba. Tãt⁹ amor necis ẽ. Subit mihi ardor q̃dã me iterficiẽdi. Q đ nõ uidicet enſe. Quod ñ ferro me iterficiẽdo ulciſcat iniurias. Ciuiliter. Me legib⁹ pũiẽdo: nõ ui & armis. Nr̃a fuga. Exiliũ meũ.

Nunc ego medeæ uellem frenare dracones
Quos habuit fugiens arce corinthe tua.
Nunc ego iactandas optarem ſumere pennas
Siue tuas perſeu: dædale ſiue tuas.
Vt tenera noſtris cedente uolatibus aura
Aſpicerem patriæ dulce repente ſolum.
Deſertæq; domus uultus memoreſq; ſodales
Charaq; præcipuæ coniugis ora meæ.
Stulte q̃d hæc fruſtra uotis puerilib⁹ optas?
Quæ non ulla tibi fertq; fertq; dies?
Si ſemel optandũ eſt: auguſti numen adora.
Et quem ſenſiſti rite precare deum.
Ille tibi pennaſq; poteſt curruſq; uolucres
Tradere: det reditum protinus ales eris.
Si ꝓcer hæc (neq; enĩ poſſum maiora ꝓcari)
Ne mea ſint timeo uota modeſta parum:
Forſitan hoc olim: cum iam ſatiauerit iram:
Tunc quoq; ſollicita mente rogandus erit:
Quod minus iterea ẽ iſtar mihi mũeris ãplũ:
Ex his me iubeat quolibet ire locis.
Nec cœlũ: nec aq̃ faciunt: nec terra: nec auræ:
Hei mihi ꝑpetuus corpora languor habet
Seu uitiant artus ægræ contagia mentis:
Siue mei cauſa eſt in regione mali.
Vt tetigi pontum uexant inſomnia: uixq;
Oſſa tegit macies: nec iuuat ora cibus.
Quiq; per autũnum percuſſis frigore primo.
Eſt color in foliis quæ noua læſit hyems.
Is mea mẽbra tenet: nec uiribus alleuor ullis
Et nunquam queruli cauſa doloris abeſt.
Nec melius ualeo q̃ corpe mẽte ſed ægra eſt
Vtraq; pars æquæ: binaq; dãna fero.
Hæret & ãte oculos ueluti ſpectabile corpus
Aſtans fortunæ forma uidenda meæ:
Cũq; locos moreſq; hoĩum: cultuſq; ſonoſq;
Cernimus: & q̃d ſim: quid fuerimq; ſubit.
Tantus amor necis ẽ: querar ut cũ cæſaris ira:
Quod non offenſas uindicet enſe ſuas.
At quoniam ſemel eſt odio ciuiliter uſus:
Mutato leuior ſit fuga noſtra loco.

Medeæ fabula

Cur in ponto æſtus & frigora intẽtius fiant

Pontica regio nobis iſalubris

Cur tumultuoſa ſomniamus



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

In Nonam Elegiam Enarratio.

Ic quoq; ſunt urbes graiæ. Vrbes græcas Geticam oram icoluiſſe docet: ab hiſq; etiam Tomi-
tanæ ubi nomen fuiſſe impoſitum oſtendit. Hic quoq;. Hic etiam in getica ora: ut in aliis et
regionibus. Inhumanæ barbariæ. Inhumanæ gentis geticæ. Huc quoq; mileto. Huc. i. To-
mon: quo intelligendú eſt Ouidi. ſignificar magis coloniá Mileſiá ueniſſe: q̄ gñaliter in geti-
cam regionem aut Iſtropolim ſolú: ut antea diximus. Eſt auté ſenſus. Mileſii Tomō quoq; tenuere: quem
admodú et Iſtropolim: aut quéadmodú aliæ
quoq; græciæ coloniæ litt⁹ geticú tenuere. Fu
Miletus
it aút Miletus urbs quōdá Ioniæ toti⁹ belli pa
ciſq; artib⁹ priceps a Mileto appellata. Oui. li
bro nono meta. Spōte fugis milete tua celeriq;
carina Aegeas metiris aq̄s: & i aſide terra Mœ
nia conſtituis. Sane Miletus lanæ p̄ſtátia nobi-
Mileſia uellera
lis fuit. Vnde a Marone Mileſia uellera appel-
Seruii error
lanť: nō a colore: ut Seruius & alii eú ſecuti fal
ſo opinati ſút. Martialis. Nec Miletus erat uel
lere digna tuo. Et Oratius i ep̄lis. Alter Mileti
textá cane peius & angue Vitabit chlamydé. Ci.
in Verré. Quid a Mileſiis lanæ ſuſtulerit. Et
Plyni⁹ libro. viii. ſcribit tertiú lanæ locú Mile
ſias oues optinere. Sed uetus huic nomé. Hic
Tomos
apte ſignificat Tomō locú a cæde Abſyrti no-
minatú: ubi poſtea urbé cōdidere Mileſii ſerua
to priori noíe loci. Supi⁹. n. dixerat. Huc quoq;
Mileto: hic uero ut poti⁹ Tomō q̄ Iſtropolim:
aut aliá getici littoris urbé oñdat: addidit huic
loco. i. Tomo ipi: ubi exulo. Declinať át i ſingu

Ic quoq; ſút urbes graiæ (q̄s credere
Inter íhúanæ noía barbariæ (poſſet)
Huc quoq; mileto miſſi uener colōi.
Inq; getis graias conſtituere domos.
Sed uetus huic nomé poſitaq; antiquius urbe
Conſtat & abſyrti cæde fuiſſe loco.
Nam ratæ: quæ cura pugnacis facta mineruæ
Per non tentatas prima cucurrit aquas.
Impia deſertum fugiens medea parentem
Dicitur his remos applicuiſſe uadis.
Q ué p̄cul ut uidit tumulo ſpeculator ab alto
Hoſpes ait: noſco colchica uela: uenit.
Dú trepidant minyæ: dú ſoluiť aggere funis:
mutati ſunt Tereus ĩ Vpupã.Ithys ĩ Phaſianũ
Philomella in luſciniã. Progne in hirũdinẽ ſe-
cundum Ouidium: Græci tamen non Philo-
mellam:ſed Prognẽ in luſciniam mutatam re
ferunt:quod etiã uidetur ſentire Varro ſic ſcri
bens.Luſciola:q luctuoſe canere exiſtimatur: Luſciola
atq; eſſe ex attica Progne facta auis. Sub tra
bibus cunas.Cunas hirũdinis nidos appellat.
Herbaq; quæ latuit.Frumentũ quoq; appa-
rere oſtẽdit. Sulcis cerealibus.Sulcis ubi fru
mẽta naſcũtur. Exerit.Nudat.E tepida hu-
mo.E terra media ĩter frigus & calidũ: ſic enĩ

uerno tẽpore eẽ ſolet: nam terræ quas glacies & frigus aſtrinxerat:uere flantibus zephyris ſoluuntur &
tepeſcũt.Horatius.Soluitur acris hiems grata uice ueris & fouoni:& Vergilius.Zephyriſq; tepẽtibus au
ras.Laxãt arua ſinus. Ocia nũc iſtic.Ocia nũc ſunt Romæ. Cedũt uerboſi.Non dicitur ius Romæ eo
tpe:quo in ſcæna ludi celebranẗ.Ouidius in faſtis.Scæna ſonat:ludiq; uocant:ſpectate quirites.Et fora
marte ſuo litigioſa uacent. Vel certe(qđ magis placet)hoc dicit.Iuuẽtus romana ludis & certaminibus
cãpi martii intẽta nõ frequentat foꝝ. Equis leuibus. Velocibus & agilibus eqs:quos diſcebant romani
in gyꝝ flectere:ut diximus in Ouidii tertium librũ de arte amãdi in enarratione eius loci.Et in gyros ire
coactus equus:ubi etiã attigimus eos lodos:quos hic poeta cõmemorat. Nũc ludiẗ armis.Aliquãdo lu
ditur armoꝝ exercitatione.Eam autẽ intelligit:quæ aduerſus palũ fiebat.De qua Vegetius libro primo
ita ſcribit.Eoq; modo nõ tantum mane.ſed etiam poſt meridiem exercebanẗ ad palũ.Paloꝝ enim uſus
non ſolũ militibus:ſed etiã gladiatoribus plurimũ prodeſt:nec unq̃ aut arena aut cãpus inuictum proba Palorum uſus
uit uirũ:niſi qui diligenter exercitatus docebaẗ ad palũ:a ſingulis enim tyronibus ſinguli pali defigeban
tur in terrã ita ut mutare non poſſent:& ſex pedibus eminerent:cõtra illum palũ tanq̃ aduerſarium tyro
& crate illa & claua uelut gladio ſe exercebat:& ſcuto ut nunc quaſi caput aut faciẽ peteret:nunc ab late-
ribus minaretur.Interdum cõtenderet poplites & crura ſuccideret:recederet:inſultaret: ĩſiliret: & quaſi
pñtẽ aduerſarium:ſic palum omni impetu:omni bellandi arte tentaret.Iuuenalis.Aut quis non uidit uul
nera pali.Quem cauat aſſiduis ſudibus:ſcutoq; laceſſit.Atq; oẽs implent numeros.De hac exercitatiõe
intellexit Ouidius de arte amandi eo uerſu.Armaq; & in gyros ire coactus equus: & martialis. Aut nudi
ſtipitis ictus adeſt. Celeri orbe:Celeri agitatione.De Trocho diximus alibi. Oleo labẽte.Cæroma in-
telligit.Id unguentũ erat ex oleo & terra in ſpẽm luti:quo qdem in palæſtra ungebanẗ.martialis.Et caſti Cæroma
gatũ lybicæ cæroma palæſtræ:& alibi.Vara nec iniecto cæromate brachia tẽdis:Eo cæromate inſperſi
ſtudiis palæſtræ inuicẽ obluctabanẗ.Ea aũt obluctatione & tactu corpora flaua reddebanẗ: qui tactus
palæſtritarum.Haphe dicebaẗ.Haphe enim græce tactũ ſignificat:& quia cæromate corpora pfuſa eo
tactu & agitatione flaueſcebãt: ideo dixit martialis lib.vii. Et flaueſcit haphe:hoc eſt tactu ipſo flaue- Haphe
ſcit in palæſtræ ſtudiis philenis meretrix.Et ſeneca ad Luciliũ.A cæromate nos haphe excepit in Cripta
neapolitana.Ouidius ĩ met.In lucta acheloi & herculis nõ haphẽ:ſed tactũ appellauit eo uerſu.Inq; uicẽ
fuluæ tactu flaueſcit arenæ.Et Plynius de eo puluere ſcribens ita inqt.Nõ multum a puluere puteolano
diſtat arena tenuiſſima ſui parte nõ ad ſuſtinẽda maria: fluctuſq; frãgendos:ſed ad bellãda corpora pa-
læſtræ ſtudiis:Haphe ꝑterea ſignificat notas qbus lepra corpus maculat.Iulius Pollux accipit haphen ꝑ
prima infectura:quoties:ueſtes ĩbuuntur coloribus:Oleũ aũt adhibebatur in palæſtra:quoniam olei na
tura eſt tepefacere corpus:& contra algores munire:cuius uſum inuenere ad luxuriã græci uitiorum om
niũ genitores in gymnaſiis publicãdo ut Plynius docet.Et Liuius ſcribit Annibalis milites pugnaturos Olei natura



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Palæſtra — ad Trebiam molliſſe artus oleo per manipulos miſſo. Illud ſciendum. Palæſtram a græco dictam. παλη enim luctam ſiue luctationem ſignificat: ea nudi unctique homines exercebantur ad ualitudinem cõſeruandam: & agilitatem: roburq; acquirendum. Vergilius. Exercent patrias oleo labẽte palæſtras: Eius inuentor fuit Mercurius: ut docet Diodorus: & Horatius. Mercuri facundæ nepos Atlantis. Qui feros cultus hominũ recentũ Voce formaſti catus: & decoræ moræ palæſtræ. Viguit maxime hoc certamen apud athenienſes: tranſiitq; ad troianos: quo argumento nonnulli ab athenienſibus troianos originẽ duxiſſe exiſtimarunt. Scribit Pauſanias Luctandi artẽ Theſeum primũ inueniſſe.

Palæſtræ inuentor

Natabant romani — Tingere gaudet aqua. Romani ueteres (ut ſcribit Vegetius) Cãpum martium uicinum Tyberi delegerunt: in quo iuuentus poſt exercitium armorum: ſudorem: pulueremq; dilueret: quem morem docet etiam Ouidius lib. iii. de arte amandi his uerſibus. Nec uos cãpus hẽt nec uos gelidiſſima uirgo. Nec tuſcus placidis deuehit amnis aquis. Scæna uiget. In ſcæna uarii etiã ludi exhibent in præſentia.

Fautores in ludis — Studiiſq; fauor diſtantibus ardet. Hoc dicit: quia in ludis alii aliis fauebant adeo: ut (autore Plynio) in ſpectaculis ſpectatores grandi ſponſione facta annulos deponerẽt quum alii alium uictorẽ fore affirmarent. Iuuenalis. Spectant iuuenes: quos clamor & audax Spõſio. Intelligit aũt quum ludos gladiatorios in quibus gladiatores etiam ſuos fautores habebant: tum in primis quattuor illas circenſiũ factiones: de quibus abunde diximus in Ouidium de arte amãdi. Studiis diſtãtibus. Fauotibus diuerſis. Nã alii alios fautores habebant. Ardet. Iraſcitur: uel optat: aut præ nimio alicuius factionis amore uritur. Vergilius. Ardet amans dido. Quumq; tribus reſonant. Tria Theatra cum tribus foris uicina campo Martio: ubi hæc ſpectacula exhibebantur præ nimio clamantium ſtrepitu reſonabant: De Cãpo Martio: & tribus theatris hæc Strabo: Maximã aũt harũ partem Martius campus habet præter natiuã locorum amœnitatẽ artis & ſolertiæ exornationes admittens.

Campus Martius — Cãpi enim admirabilis magnitudo & curules pariter curſus & alia equeſtria certamina expedita ſuppeditat. Nec minus tam multis Pilam. Trochũ. Paleſtrã exercitatione tractãtibus: Aliaq; incumbentia ſimul opera. Quid perennes ſolo herbas: coronatoſq; uſq; ad fluminis alueũ colles? Scænicarum oſtentatio picturarum eius generis ſpectacula præſtant: ut difficile: & inuitus abſcedas: huic proximus cãpo: & alter adiacet campus: & innumerabiles circum circa Porticus. horti nemoroſi. Theatra tria ſimul & amphitheatrum: De tribus uero foris abunde diximus alibi. Boatum. Clamorem ſpectatorum. At mihi ſentire. Incipit commemorare quibus rebus noſcat uer apud Scythas: ut ex collatiõe eius incõmoda oñdat. Duro lacu. Lacu cõcreto & congelato. Aquæ. Subaudi ſentiuntur. Nõ fodiantur. Non rumpantur: quia uere ſponte ſoluuntur. Bubulcus Sauromates. Rector boum ex Sauromate regione: aut plauſtra Sauromates: eſt autem genitiuus caſus a nomine Sauromate: ut a Sparte Spartes. Quiſue. Subaudi ſit. Ille quidem mirum. Ordo eſt. Mirum quidem eſt: ni ille ueniat de ꝓpinqua regione. Tantum mare. Tam magnum mare. Orba. portubus. Portubus priuata. Certe gratior uſus erit. Certe latina lĩgua græca mihi gratior erit. Ab ore freti. Ab ore maris. Intelligit autem primas anguſtias: ubi id primum ſe coartat: & Helleſpontum facit: qua Xerſes perſarum rex conſtrato in nauibus ponte duxit exercitum: ubi uero expandit Propontis appellatur. Longæque propontidis undis. Pontus inter cætera maria eſt maxime admirabilis eius longitudo eſt undecim milium ac centum ſtadiorum

Ponti longitudo & latitudo — latitudo qua latiſſimum eſt trium milium ducentorum. Huius pelagi os latitudinis eſt quattuor ſtadiorũ. Longitudo oris quod eſt collum: quæ boſphorus dicitur circiter centum uiginti ſtadia ad propontidem uſq; pertingens. Propontis autem quingentorum ſtadioꝝ eſt latitudinis: mille & quadringẽtorum

Propontis longa — longitudinis influẽs in helleſpontum: ut poeta non immerito longam propontidem appellarit. Ipſe helleſpontus ubi anguſtiſſimus ſtadiis ſeptem quadringẽtis longus intrans pelagi uaſtitatem quod Aegeũ uocatur: autor Herodotus. Quiſquis is eſt. Quicunque ad ponticum littus uenerit. Rumorem. Sermonẽ ſine certo ullo autore.

Fama — Fama enim (ut Fabius ſcribit) conſenſum ciuitatis: & uelut publicũ teſtimonium uocat.

Defeſſos artus tingere gaudet aqua.
Scæna uiget: ſtudiiſq; fauor diſtãtibus ardet.
Cunq; tribus reſonant terna theatra foris.
O quater o quotiens non eſt numerare boatũ:
Non interdicta cui licet urbe frui.
At mihi ſentitur nix uerno ſole ſoluta:
Quæq; lacu duro nõ fodiantur aquæ.
Nec mare cõcreſcit glacie: nec: ut ante piſtrũ
Stridula ſauromates plauſtra bubulcꝰ agit.
Si tamen incipiũt aliquæ huc adnare carinæ:
Hoſpitaq; in ponti littore puppis erit.
Sedulus occurram nautæ: dictaq; ſalute
Quid ueniat quærã: quiſue: qbuſue locis.
Ille quidem mirum ni de regione propinqua:
Non niſi uicinas tutus araret aquas
Rarus ab italia tantum mare nauita tranſit:
Littora rarus in hæc portubus orba uenit.
Siue tamen græca ſcierit: ſiue ille latina
Voce loqui. certe gratior uſus erit.
Fas quoq; ab ore freti: lõgeq; ꝓpõtidos undis
Huc aliquem certo uela dediſſe noto:
Quiſqs is eſt: memori rumorẽ uoce referre:

nium uocat. Rumor uero ſermonẽ ſine ullo certo autore diſperſum: cui malignitas dederit initiũ: incrementũ crudelitas: quam differentiã hic ponit etiam Ouidius: quum ſubiungit. Et fieri famæ parſq; graduſq; poteſt: quaſi dicat. Rumor ille poterit ad partẽ aliquam: ſeu gradum ueritatis peruenire: nam uerũ dicere fama ſolet. Triũphos Cæſaris: Triũphos Druſi uel Auguſti: cuius auſpiciis ille militabat. Triumphare aũt appellatum ꝙ cum imperatore milites redeuntes clamitabãt per orbem in Capitolium Io triũphe. Id a triambo græci liberi cognomento poteſt eſſe dictum. Autor Varro. Plutarchus in Marcello Triumphum negat a Triambo dictũ. Sũt qui ſcribant hoc uocabulũ latinum eſſe: quia qui triumphabat triplici iudicio honoraret: prio enim exercitus de triumpho decernendo imperatori iudicabat. Secundo ſenatus. Tertio populus. Docet Plynius Liberum patrẽ triũphum inueniſſe: quod etiam deſignat Diodorus ſcribens illum primũ oĩum indico elephãto uectũ triumphaſſe. Triũphandi modum & ornamenta deſcribit Plutarchus. Apertius autem Appianus in triumpho Scipionis: & Ioſephus in triũpho Veſpaſiani & Titi de Iudæis. Liuius lib. x. ab urbe cõdita ornamẽta triumphalia ſcribit fuiſſe Sellam curulem: Togam prætextã: Tunicam palmatã: Togam pictam: Coronã triumphalem: laureamq;. Triumphãtium uero domus ſpoliis hoſtium affixis inſignes inter alias fiebant. De iure triumphandi Valerius maximus multa. Quid autẽ Ouatio a triumpho diſtet: & unde dicatur docet Plutarchus in Marcello. Ioui latio. Sunt qui falſo intelligant Iouem latialem: quem in monte albano dedicauit Aſcanius: ad cuius ſacra quæ Latinæ dicebantur totum latiũ conueniabat: & rex Sacrificulus romanus: ei (ut eſt autor Lactantius) olim ſanguine humano ſacrificabant. Placet intelligas de Ioue capitolino qui Romæ colebat: quæ erat caput latii: quo duces triumphãtes per ueniebant: & uota ſuſcepta perſoluebant: Liuius Dictator coronã aureã libræ pondo ex publica pecunia populi iuſſu in Capitolio Ioui donũ poſuit. Eam ædẽ Tarquinius Demarati filius uouit. Tarquinius poſtea Sũpbus extruxit: qui librarũ argenti. xl. milia in fundamentis dicitur impẽdiſſe: Capitolino Ioui Põpeius Magnus (autore Plynio) ſex pocula murrhina dicauit: Auguſtus uero in eius cellã (ut docet Trãquillus) ſedecim milia pondo auri gẽmaſq; ac margaritas qngenties ſeſtertium una donatione contulit. Fuit etiã in Capitolio ædes Iouis tonãtis: quã Auguſtus (ut meminit Trãquillus) ſtruxit: cõſecrauitq; liberatus periculo: quum expeditione cantabrica per nocturnũ iter fulgur pſtrinxiſſet: ſeruumq; perducentem exanimaſſet. In hac æde Iupiter fuit deliaci æris exemplar ut ſcribit Plynius. Germania rebellatrix. Auguſtus (ut Florus ſcribit) ſciebat patrẽ ſuũ Cæſarem bis tranſuectũ põtem rheno quæſiſſe bellũ: in illius honorem cupiens facere ꝓuinciã: miſit eo Druſum: qui ualidiſſimas nationes aggreſſus domuit breui: adeo ut non per adulationẽ: ſed ex meritis defuncto ibi fortiſſimo iuuene ipſi: quod nunquã alteri ſenatus cognomen ex prouincia dedit: Sed breue id gaudium fuit. Nam poſtq̃ Druſus defunctus eſt ex factura cruris: ſuper quod equus collapſus eſt: ut diximus ſupra. Vari Quintilii libidinẽ: ac ſuperbiam haud ſecus: q̃ ſæuitiam odiſſe cœperunt: Auſus eſt ille agere conuẽtum: quaſi uiolentiam barbaroꝝ & præconis uoce poſſet ĩhibere: At illi ut primũ togas: & ſæuiora armis iura uiderũt: duce Arminio arma corripiunt. Itaq; Varum improuidũ: & nihil tale metuentem: improuiſo: adorti undiq; inuadunt caſtra rapiunt tres legiones opprimuntur. Varus perditas res eodẽ: quo Cãnenſem diem Paulus & fato eſt: & animo ſecutus: aliis oculos: aliis manus barbari amputarunt. Ipſius quoq; cõſulis corpus: quod militum pietas humi abdiderat: effoſum. Vnde nõ immerito poeta hic germanos rebelles appellat. Magni ducis: Auguſti Cæſaris. Quæ non uidiſſe dolebo. Quæ dolebo cernere non potuiſſe. Protinus hoſpes erit. Quã primũ apud me diuertet. Domus naſonis. Domus mea. Suum locum: Locum ipſius exilii: ideſt Tomõ. Pro lare. Larem pro domo poſuit. Ex Lemuribus enim. qui poſterioꝝ ſuorum curã ſortitus pacato: & quieto numine domum poſſidet. Lar dicitur familiaris: ut ſcribit Apuleius. Non uelit hoc eſſe penetrale. Non uelit hãc eſſe domũ: Penetrale aũt a penitus deductũ ſignificat quod intimo loco eſt: ſic Ouidius in met. Hæc domus: hæc ſedes: hæc ſunt penetralia magni Amnis. Sed hoſpitium. Sed diuerſorium ad tẽpus.

Et fieri famæ parſq; graduſq; poteſt.
Is p̄cor auditos poſſit narrare triumphos
  Cæſaris & latio reddita uota ioui.
Teq; rebellatrix tandem germania magni
  Triſte caput pedibus ſuppoſuiſſe ducis.
Hæc mihi qui referat quæ nõ uidiſſe dolebo.
  Ille meæ domui protinus hoſpes erit.
Hei mihi: iã ne domꝰ ſcythico naſõis ĩ orbe ẽ?
  Iãq; ſuum mihi dat pro lare pœna locum.
Di facite ut cæſar nõ hoc penetrale domumq;
  Hoſpitiũ pœnæ ſed uelit eſſe meæ.

e Cce ſupuacuus (q̃d enĩ fuit utile naſci)

In. xiii. Elegiam Enarratio.

ECce ſuperuacuus. Quum natalis poetæ adeſſet: ſuperfluum fuiſſe dicit: in ea loca illum ueniſſe: ubi non licet illi ex more ſolemnia ſacra exhibere: monetq; ne amplius redeat dum erit in Scythia. Quid enim fuit utile naſci. Ratio quare eius natalis fuerit ſuperfluus. Hoc autem dicit quoniam in Scythia in maximis incommodis exul degebat. Loquitur enim ex eorũ ſententia: qui cenſuere nõ naſci optimum ob uaria uitæ mala & labores: quam Epicuream ſententiam. Silenum etiã comprobaſſe legimus: Is enim (ut ferunt) a Mida captus: hoc ei muneris pro ſua miſſione dediſſe

Rumor

Triũphare
Io triũphe

Triumphi
inuentor

Triumphalia ornamẽta

Iupiter latialis
latiæ feriæ
Iupiter capitolinus

Aedes iouis tonãtis
Germania rebellatrix

Lar familiaris
Penetrale

Optimum non naſci quidã cenſuere



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſcribitur:docuiſſe regem non naſci homini longe optimum eſſe:proximum autem q̃ primũ mori: Qua etiam ſententia uſus eſt in Creſiphonte Euripides.Nam nos docebat cœtus celebrantes domum lugere: ubi eſſet aliquis in lucẽ editus humanæ uaria uitæ reputantes mala atq; labore morte finiſſet grauis hũc omnes amicos laude:& lætitia exequi.Plura diximus in Plynium in enarratione eius loci.Itaq; multi extitere qui non naſci optimum cenſerent:aut q̃ ocyſſime aboleri. Ad ſua tẽpora.Tempore quo natus fui. Dure.O crudelis natalis. Quid ad miſeros.Cur ueniſti ad hanc meam ætatem tam infœlicẽ:debebas enim exiliũ mihi naſcẽti auertere finiẽdo uitã ante:q̃ exularẽ. Modũ.Finẽ. Vltra patriã. Nam poſteaquã e patria in exiliũ abii:debebas me tanq̃ mortuũ deſerere: quaſi dicat. Debuiſti poſteaq̃ diſceſſi uitã meã finire. Quoq; loco primum.Debuiſti me ẽt iterficere Sulmone quũ primũ natus fui. Sũ male cognitus.Sum infœliciter cognitus:hoc eſt ſum cognitus malis:& iſortuniis exilii obnoxius. In relinquendo ĩ urbe.In pmittẽdo me mori ĩ urbe. Quod idẽ fecere ſodales.Quã eãdẽ rẽ ſodales præſtitere:nam me ab Auguſto damnatum deſeruere. Tu triſtis.Tu mœſta relinquẽdo me in urbe. Cum ponto.Cũ Tomo pontica urbe:ubi exulo.

Ad ſua natalis tempora noſter adeſt.
Dure quid ad miſeros ueniebas exulis annos:
Debueras illis impoſuiſſe modum.
Si tibi cura mei:uel ſi pudor ullus ineſſet:
Non ultra patriam me ſequerere meam.
Quoq; loco primũ male ſum tibi cognit⁹ iſãs
Illo tentaſſes ultimus eſſe mihi
Inq; relinquendo:quod idem fecere ſodales:
Tu quoq; dixiſſes triſtis in urbe uale
Quid tibi cũ põto? num te quoq; cæſaris ira
Extremam gelidi miſit in horbis humum?
Scilicet expecta ſolitũ tibi moris honorem?
Pendeat ex humeris ueſtis ut alba meis?
Fumida cingatur florentibus ara coronis?
Micaq; ſolenni turis in igne ſonet?
Libaq; dem pro te geniale notantia tempus?
Concipiamq; bonas ore fauente preces?

Veſtis natalitia

Veſtis ut alba.Veſtẽ cãdidã dicit:quã induebãt qui natalem celebrabãt. Propertius. Dein qua primũ oculos cœpiſti ueſte Properti.

Natalis celebrãdi cõſuetudo

Indue:Deſcribit autem breuiter cõſuetudinẽ romanã in celebrãdo natali. Fumida cingaſ. Solebãt enim natali honorem diis exhibere: & genio potiſſimum:cuius arã ſertis coronatã ture uaporabant: Tibullus. Vrantur pia tura focis urantur odores:& Propertius Inde coronatus ubi ture piaueris aras. Libaq; dem pro te.

Liba

Quomodo fierent liba docet Cato in re ruſtica his uerbis Libum hoc modo facito Caſei pondo ii in mortario bene diſterat:ubi bene diſtriuerit farinæ ſiligineæ libram:aut ſi uoles tenerius eſſe ſelibram ſimilaginis ſolum eodem indito permiſcetoq; cũ caſeo bene ouum unum addito:& una bene pmiſceto: ĩde panem facito:folia ſubdito in foco calido ſub teſta coquito leuiter:Seruius ſcribit libũ placẽtã fuiſſe: quæ ſarre:melle:& oleo conſtabat:& apta erat ſacrificiis:ea nomen accepit uel a libero patre: uel ꝙ libãdi cauſa fieret:ut Varroni Placet. Ea autem(ut quidam ſcribunt)die natali diſcumbentibus apponebãt: nemo autem prius guſtabat q̃ is:qui ſuum natalem celebrabat: omnes autem:qui libũ guſtaſſent:bene precari oportebat.Onidius in arte amãdi. Quid?quaſi natali quũ poſcit munera libo. Geniale tp̃s. Tẽpus uoluptuoſum.aut(qđ magis placet)tẽpus quo Genio ſacrificaſ. Tibullus.Ipſe ſuos genius ad ſit uiſurus honores:Cui decorẽt ſanctas florea ſerta comas:Illi⁹ puro diſtillẽt tpa nardo. Atq; ſatur libo:ſit pmadeatq; mero.

Genius deus

Lar deus

De Genio hæc Cẽſorin⁹.Genins deus eſt:cuius in tutela ut qſq; natus eſt uiuit:ſiue ẽt ꝙ: ut generamur curat:ſiue ꝙ una gignif nobiſcũ:ſiue ẽt ꝙ nos genitos ſuſcipiat ac tueaſ:certe a gnignẽdo Geni⁹ appellaſ.Eũdem eẽ geniũ:& larẽ multi ueteres memoriæ ꝓdiderũt.In qs ẽt Catus Flaccus ĩ lib.quẽ de indigitamẽtis reliqt ſcriptũ.Hũc in nos maximã:qnimo oẽm hr̃e ptãtẽ creditũ eſt:nõnulli:binos genios ĩ his dũtaxat domibus quæ eſſent maritæ colendos putauerũt: Euclides autem Socraticus duplicẽ omnibus omnino nobis genium dicit appoſitum:quam rem apud Lucilium in libro ſatyrarum.xi.licet cognoſcere:genio igitur potiſſimum per omnem ætatem quotannis ſacrificamus:quãq̃ nõ ſolũ hic ſed & alii ſunt præterea dei complures homini uitam pro ſua quiſq; portione adminiculantes:quos uolentes cognoſcere:indigitamentorum libri ſatis edocebunt:Sed omnes hi ſemel in unoquoq; homine numinum ſuorũ effectum repræſentant. Quocirca non per omne uitæ ſpatium nouis religionibus arceſſuntur. Genius

Cur genio mero non hoſtia ſacrificabãt

autem ita nobis aſſiduus obſeruator appoſitus eſt:ut ne puncto quidem temporis longius abſcedat: ſed ab utero matris acceptos ad extremum uitæ diem comitetur.Sane cur genio merum fundendum ſit ut Perſins ait:nõ hoſtia faciendũ ſiquis ſcire uoluerit:docuit Varro in eo libro cui Titulus fuit Articulus: ſiue de numeris:id enim moris inſtitutiq; maiores tenuiſſe teſtatur:ut quum die natali munus annuum genio ſoluerent:manum a cædæ ac ſanguine abſtinerent:ne die qua ipſi lucem accepiſſent: aliis demerent. Deniq; Delii ad Apollinis genitoris aram(ut Timæus docuit)nemo hoſtiã cædebat. Ore fauẽte. Sic Tibullus.

Fauere

Dicamus bona uerba:uenit natalis ad aras.Quiſquis ades:lingua uir mulierq; faue. Fauere autẽ (autore Pompeio)eſt bona fari.at ueteres poetæ pro ſilere uſi ſunt fauere.Donatus ſcribit Fauere ſignificare ſilere. Vergilius.Ore fauete omnes.Non enim trahitur a fauore:ut plærîq; exiſtimant:ſed paratur ſilẽtiũ ut rite peragi poſſit ſacrum nulla uoce mala obſtrepente:ut ſcribit Seneca in libro de uita beata. In

ſacris enim

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſacris enim(autore etiam Seruio)taciturnitas neceſſaria eſt:quod etiam Plynius ſcribẽs cæteris precationibus præire aliquẽ:rurſuſq; aliquẽ cuſtodẽ dari:qui attẽdat alium ꝑponi:qui fauéri linguis iubeat.põtifices uero(ut docet Donatus)dicere ſolebãt Fauete linguis:fauete uerbis. Vnde illud eſt Vergilii.Ore fauete omnes. Et pompeius docet in ſacris dici paſcito linguam.i.coerceto:cõtineto:taceto. Decet.n.ciues (ut ſcribit Plutarchus)neq; audire quicꝗ rerũ diuinarũ.neq; aſpicere per negligẽtiã:ſed uacare a cæteris:mẽtemq; adhibere:& ab omni crepitu:ſtrepitu:ac gemitu abſtinere. Ferali cupreſſo. Atra:& funebri cupreſſo. Adhibebatur autem Cupreſſus ad funera autore Seruio:uel ꝙ cæſa non repululat:uel ꝙ per eam funeſtata oſtenditur domus:ſicut lætã frondes indicant feſtæ. Varro tamen dicit pyras ideo cupreſſo circundari ꝓpter grauem uſtrinæ odorem.ne eo offendatur populi circunſtãtis corona:quæ tãdiu ſtabat reſpõdens fletibus preficæ.i.planctuum principi:ꝗ diu cõſumpto cadauere:& collectis cineribus dicebat nouiſſimum uerbum Ilicet:quod ire licet ſignificat. Nil exorantia. Nil præcibus cõciliantia. Nec bona uerba. Nec bonæ præcationes. Tibullus. Dicamus bona uerba:uenit natalis ad aras. Si tamen eſt aliquid. Hoc dicit:quia natalem celebrantes a diis aliqd petebãt. Tibullus. Annuat & cherinte tibi quodcunq; rogabis:& Propertius. Tuq; o chare mihi fœlicibus edita pennis Surge & poſcẽtes iuſta præcare deos. Euxinus falſo nomine dictus. Mare illud quod pontum appellant Euxinum etiam dicimus ab εὐ quod bonũ ſignificat & ξεινος hoſpitiũ uel amicus quaſi bonum hoſpitium ſit:quod per cõtrarium dictũ eſt. Nam circa Euxinum loca ſunt aſperrima:& fera:genteſq; etiam immites. Plynius. Pontus Euxinus antea ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus eſt.

Fauete linguis
Fauete uerbis
Paſcito linguam
Cupreſſus funeribus adhibebat
Euxinus

Non ita ſum poſitus:nec ſunt ea tẽpora nobis
Aduentu poſſim lætus ut eſſe tuo.
Funeris ara mihi ferali cincta cupreſſu
Conuenit & ſtructis flamma parata rogis.
Nec dare tura libet nil exorantia diuos:
In tantis ſubeunt nec bona uerba malis.
Si tamen eſt aliquid nobis hac luce petẽdum
In loca ne redeas amplius iſta precor.
Dum me terrarũ pars pene nouiſſima ponti.
Euxinus falſo nomine dictus habet.

Vltor & ãtiſtes doctorũ ſãcte uirorũ
Quid facis ĩgenio ſemp amice meo?
Ecqd:ut ĩcolumẽ quõdã celebrare ſolebas
Nũc quoq; ne uidear tot⁹ abeſſe caues.
Colligis exceptis ecquid mea carmina ſolis
Artibus artifici quæ nocuere ſuo.
Immo ita fac quæſo uatum ſtudioſe nouorũ:
Quaq; potes retine corpus in urbe meum.
Eſt fuga dicta mihi non eſt fuga dicta libellis:
Qui domini pœnam non meruere ſui.
Sæpe per externas ꝓfugus pater exulat oras
Vrbe tamen natis exulis eſſe licet,
Palladis exemplo de me ſine matre creata
Carmina ſunt:ſtirps hæc ꝓgenieſq; mea.

In Vltimam Elegiam Enarratio.

VSus amicitiæ. Amice colligẽtis eius ſcripta fidem:& amorẽ laudat poeta:hortaturq; ut quoad poteſt eius nomen in urbe retineat:ſimulq; exponit met. opus:inemẽdatum e manibus exiſſe:Poſtremo dicit quicquid exilii tempore compoſitum a ſe fuit in ſcythia excuſandum eſſe:quandoquidem & mala eius ingenium fregerint:& in his ſit locis:ubi arma aſſidue urbem circunſonent:in qua nec librorum copia ſit:nec quenꝗ habeat:cui carmina poſſit recitare. Antiſtes. Princeps. Eſt autem proprie Antiſtes ſacerdos:& princeps qui ante altare ſtat. Ecquid. Nunquid. Incolumen. Nondum exulem. Ne uidear totus abeſſe. Ne totus uidear romæ non eſſe. Caues. Prouides. Exceptis ſolis artibus. Libros intelligit de arte amandi. Ita fac. Ita collige carmina mea omnia præter amatoria. Eſt fuga dicta mihi. Dictum eſt mihi exilium. Licet natis exulis. Fas eſt liberis exulantis hominis. Palladis exemplo. Mineruas plures fuiſſe ſcribit Cicero libro tertio de natura deorum: Primam: quæ ex Vulcano genuit Apollinem eum:cuius in tutela Athenas antiqui hiſtorici eſſe uoluerunt. Secundã ortam Nilo: quã ægyptii coluere. Tertiam Ioue genitam:principem:& inuẽtricem belli. Quartam Ioue natã:& Coriphe oceani filia:quam arcades Coriam nominarunt:& qnadrigatum inuentricem ferũt. Quintam Pallantis:quæ patrem dicitur interfeciſſe uirginitatem ſuam uiolare conãtem:cui pinnarum talaria affigunt. Tertia igitur Minerua e Ioue tantum genita dicitur. Is enim quum Iunonem uxorem ſterilem intueretur concuſſo capite Mineruam dicitur cum clypeo edidiſſe:dicente in tertio faſtorum Ouidio. Aut quia de capitis fertur ſine matre paterni Vertice cũ clypeo proſiluiſſe ſuo. Fingitur autem nata de Iouis capite:uel quia(ut docet Lactantius)naturæ rõne prudẽtia oĩs in capite eſt. Vel quia uirtus ſolis humanis mentibus prudentiã ſubminiſtrãs:quam per Mineruam accipimus.ut ſcripſit Porphyrius autore Macrobio edita eſt de ſũma ætheris parte:ac nulla rerum corporearum admiſtione ab ipſo Ioue:Ideſt a deo intellectũ accepimus. Natam eam ſine matre fingunt:quoniam in fœminis prudentia non eſt:cuius dea eſt ipſa Minerua:quod Martianus in hymno Palladis ita oſtendit. Quam de patre ferunt ſine matris ſemine natam prouida conſilium ꝙ neſcit curia matrum. Quod autem in fœmina ſit parum prudentiæ deſignat Ariſtoteles in ſe-

Mineruæ plures
Minerua e iouis capite
Cur pallas dr̃ nata de iouis capite
Cur pallas ſine matre



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Hãc tibi cõmẽdo: q̃ quo magis orba parẽte ẽ
  Hoc tibi tutori ſarcina maior erit
Tres mihi ſunt nati contagia noſtra ſecuti:
  Cætera fac curæ ſit tibi turba palam.
Sunt quoq; mutatæ ter qnq; uolumia formæ
  Carmina de domini funere rapta ſui.
Illud opus potuit: ſi non prius ipſe periſſem:
  Certius a ſumma nomen habere manu.
Nunc incorrectum populi puenit in ora:
  In populi quicq̃ ſi tamẽ ore mei eſt.
Hoc quoq; neſcio qd noſtris appone libellis
  Diuerſo miſſum quod tibi ab orbe uenit:
Quod qcũq; leget: ſi quis leget: extimet ante
  Compoſitum quo ſit tempore: quoq; loco.
Aequus erit ſcriptis quorum cognouerit eſſe
  Exilium tempus barbariamq; locum.
Inq; tot aduerſis carmen mirabitur ullum
  Ducere me triſti ſuſtinuiſſe manu.
Ingenium fregere meum mala: cuius & ante
  Fons infœcundus paruaq; uena fuit.
Sed quæcunq; fuit nullo exercente refugit:
  Et longo periit arida facta ſitu.
Non hic librorum per quos inuiter: alarq;
  Copia pro libris arcus & arma ſonant.
Nullus in hac terra recitẽ cui carmina: cuius
  Intellecturis auribus utar: adeſt.
Nec quo ſecedam locus eſt: cuſtodia muri
  Summouet infeſtos clauſaq; porta getas.
Sæpe aliqd quæro uerbũ nomeq; locuq;
  Nec quiſquã eſt a quo certior eẽ queam
Dicere ſæpe aliquid conanti (turpe fateri)
  Verba mihi deſunt dedidiciq; loqui
Threicio geticoq; fero circũſonor ore.
  Et uideor geticis ſcribere poſſe modis.
Crede mihi timeo ne ſint immixta latinis:
  Inq; meis ſcriptis pontica uerba legas.
Qualẽcũq; legas uenia dignare libellum:
  Sortis & excuſa conditione meæ.

Cõſiliũ in fœmina inualidum

Cur tẽpla palladis in arce

Cur ĩ palladis ægide eſt meduſa

Arma palladis

Pallas uirgo

Pallas trigemina

Glaucopis dr̃ pallas

cundo politicorum docens: Conſilium in fœmina eſſe inualidum. Eadem etiam dea patrona urbium dicitur: quod in arce templa ueteres palladi ſacrarũt: cuius rei cauſam dicit eſſe idẽ Martianus: ꝙ ratio amplificet qdque eſt elatior urbes. Et in Aegide Meduſam ſaxificam ideo geſtare memorat. Quod pauidũ ſtupidet ſapiens ſolertia uulgus: Arma autem Palladi hæc aſſignãt poetæ Clypeum & acutæ cuſpidis haſtam. Dat galeam capiti: defenditur ægide pectus. Idem Martianus ideo Clypeum Palladi datum docet: Sapienti ꝙ regat orbem: Vel rationis opem ꝙ ſpumea prælia poſcant. Haſta etiã uibrãs penetrabile mõſtrat acumẽ. Diodorus ſcribit Aerẽ noĩatũ Palladẽ: ac Iouis filiã dici: & uirginẽ fuiſſe: qm̃ & nõ corrumpat & ſublimiorẽ locũ teneat: quapropter ex uertice Iouis dr̃ nata. Eãdẽ dictã eſſe Trigeminã ꝑpter tria anni tpa Ver: æſtatẽ: hiemẽ: Dr̃ ẽt Glaucopiis nõ ea cauſa: qua græci quidã arbitrantur ꝙ oculos cæſios habeat: quod ſtultũ uidetur. Sed quia aer glauci ſit aſpectus. Eã Papinius in ſecundo thebaidos appellat Iouis ingeniũ quum inquit. Diua ferox magni decus ingeniũq; parentis Bellipotens: cui torua genis horrore decoro Caſſis & aſpſo crudeſcit ſanguine gorgon. Hãc tibi cõmendo. Cõmendo tibi hanc meã ſtirpem & progeniem. Hoc erit maior ſarcina. Tãto erit maior ſarcina: qa qui carẽt parẽtibus: indigẽt maiori pſidio & fauor. Tres mihi ſũt nati. Tres illos de arte amãdi libros ſignificat. Cõtagia nr̃a. Noſtra mala: nã & ipſi ex urbe eiecti ſunt. Cætera turba. Reliqui libri a me editi. Ter qnq; uolumina. Libri qndecim. Formæ mutatæ. Metamorphoſeos. De domini funere. Subita enĩ relegatiõe opus illud inemẽdatum emiſſum eſt. Si nõ prius ipſe periſſam. Si non antea relegatus eſſem. Certius nomẽ. Clariorẽ famã a ſumma manu. Poſt ultimam emẽdationem. In populi quicq̃. Quaſi dicat ſi modo populus Romanus legit ſcripta mea: a quibus fortaſſe abhorret ꝑpter amatorios libellos. Hoc. Scilicet carmẽ ſubditi num. Appone. Aſcribe. Ab orbe diuerſo. A ſcythica plaga. Quo tẽpore. Quum adhuc florerem: an quũ relegatus fuiſſem. Quoq; loco. Romæ ne in doctoꝝ hominũ luce & libroꝝ copia: an in ſcythia. Aequus erit ſcriptis. Scriptis meis equũ ſe iudicẽ pſtabit: & ſiqd in his dãnãdum deprehẽdet: mihi ignoſcet. Sciet enĩ me ea cõpoſuiſſe relegationis meæ tempore: & in media barbaria. Ducere. Deducere. Carmĩa enim dicunt deduci. Vergilius. Paſcere oportet oues deductũ dicere carmẽ: aut (quod magis placet) ſcribere: ꝑpterea ꝙ addidit triſti manu. Arcus & arma. Quibus utunt Scythæ. Quo ſecedã. Quo me ab aliis remoueã: & ſeceſſum aliquem amœnum petam extra urbẽ ſtudiis aptum. Cuſtodia muri. Duplici cã ſe non poſſe ſecedere deſignat: & ꝙ clauſæ ſunt portæ ciuitatis: & ꝙ cuſtodes murorum egredientes obſeruant. Turpe fateri. Turpe eſt dicere. Eſt aũt parentheſis. Circũſonor. Quia oẽs loquũt threcio & getico ſermõe. Modis geticis. Linguam enim geticã didici. Immiſta. Subaudi uerba getica. Qualẽcũq;. Vel cultũ uel incultum. Dignare: dignũ iudica. Et excuſa. Et excuſatũ hẽas illũ: ul certe alius excuſa. Cõditiõe meæ ſortis. Quia exul ĩ aſſiduo luctu & malis uerſor.

Deducere

Bartolomei

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## ¶BARTOLOMEI MERVLAE IN QVARTVM OVIDII De TRISTIBVS LIBRVM ENARRATIONES.

SI qua meis fuerit excuſandos eē dicit poeta eiꝰ libellos:ſi qd fuerit ī his rephēdēdū: ſiqdē exul hæc ſcribebat nō gl'iæ cupiditate:ſed ut reqē peteret:& dolorē exilii carmibꝰ cōſolaret̃:enūerat poſtrēo mala:q̃ patit̃ ī Scythia qbꝰ ſi carm̃ rude fuerit:& īpolitū:lectorē rogat:ut ſibi ignoſcat. Si q̃ fuerit uitioſa.Si q̃ fuerit uitio alicui obnoxia. Suo tpe.Quia ea ſcripſi tpe quo erāt relegatꝰ. Reqeſq;. Vt qeſcerē magis eo tpe.q̃ ſcriberē pclarū aliqd:quā rē meliꝰ declarat ī ſequēti uerſu. Ne foret itēta.Ne foret ſolicita. Hoc ē cur cātet.Multoꝝ exēplo ſe hæc fatet̃ ſcripſiſſe:ut potiꝰ dolorē leuaret:q̃ gloriā acqreret. Vinctꝰ quoq; cōpede foſſor.Eos q ī ergaſtulis uincti tenebāt̃:& agros fodiebāt: deſignat. Ergaſtulū.n.neutro gñe(autore Marcello)carceris locus eſt.Liuiꝰ.Ductū ſe a creditore nō ī ſeruitiū:ſed in ergaſtulū & carnificinā. Ergaſtulꝰ uero cuſtos pœnalis loci.Lucilliꝰin xv.Nō ergaſtulꝰ unꝰ& aliꝰiudicē appoſuit:ut nemo ſniam libere magis q̃ ergaſtulus dicere poſſit.Ergaſtulos Plyniꝰita deſcribit.At nunc eadē illa:uincti pedes:dānatæ manus:īſcripti uultꝰexercēt.Colūella.Ergaſtularios appellat eos q pſūt ergaſtulis.Idē docet lib.i.qūo Ergaſtuli mācipia recognoſci debeāt:atq; tractari ab ergaſtulariis.Ergaſteriū dr̃ officia:nñ ī decretis legimꝰ nulli clerico licere tabernā:aut Ergaſteriū hr̃e:deducit̃ aūt Ergaſtulum απο του εργου.i.ab ope:& στελλο mitto:mittebāt̃.n.ad ergaſtula ubi opari cogebāt̃. Indocili nūero.Cātu idocto:uel quē nemo docuit: uel certe nō apto aut facili doctu:nl'la.n.rōne cōſtat:aut pceptis.Quum graue mollit opus. Quū duꝝ fodiēdi opꝰleue & molle facit. Cātat & initēs.Nautas deſignat:q p flūina ducūt naues grauiſſimas:& uix mobiles:cātādo āt laborē īminuūt. Ratē tardā.Nauē grauē:aut tardā qa ducit̃ cōtra flūinis curſū. Quiq; refert. Ille ēt cātat minuēdi laboris gr̃a:q aſſidue remigat & leuiorē nauē īpellit.Duo ergo nauiū gña pōit:grauē.ſ.q̃ remis limo īnitētibꝰ & leuiorē:q̃ adductis lacertis īpellit̃:ut remigātes uulgo uidemꝰ:quos oēs cātu dicit laborē leuar̃:ut īpe poeta carmibꝰ dolorē īminuit. Arūdineo carmīe.Fiſtulæ cātu:q̃ ex arūdibꝰ fiūt a paſtoribꝰ:ut ī argi fabula docet Oui.i.i.met.& ī buco.Maro. Trahētis.Deducētis:filātis. Abducta lyrneſide.Abducta hippodamia Briſei filia.Lyrneſum āt oppidū fuit ī orā Troia cōtra Lesbon Hippodamiæ pr̃ia.Vnde īpa Lyrneſia appellata eſt.Quō aūt Briſeis ab Agamēnone erepta fuerit Achilli: notū ē Hōeri carmīe ex prīo Iliados:&Ouidi epl'a. Aemonia lyra.Lyra Achillis Aemōii:hoc ē Theſſali. Aemō.n.rex fuit Theſſaliæ Deucaliōis filiꝰ:a quo æmōia Theſſalia cognoīata fuit:q̃ poſtea ab eiꝰfilio.Theſſalo appellari cœpta fuit.Quod aūt Achilles a græcis alienatꝰob ereptā Briſeida cithara uteretur:docet Home.lib.ix.Iliados.Ira.n.inqt.Poſteaq̃ legati Agamēnonis ad tētoria:naueſq; Myrmidonū peruenerūt:offendūt illū ſedentē & permulcentē ſibi aures cantu Patroclo:qui unus aderat ſedēte ex aduerſo:expectāteq; quādo ille a canendo ceſſaret:canebat autem ad citharam uirorum fortium laudes Eam citharam quando Thebas euerteret inter ſpolia Eetionis regis inuenerunt:non ſolum uocalitate:

Ergaſtulū
Ergaſtulus
Ergaſtularii
Ergaſteriū
Lyrneſum
Aemonia
Theſſalia
Cithara Achillis




## PVBLII OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER QVARTVS.

SI qua meis fuerit ut erūt uitioſa libellis
Excuſata ſuo tēpore lector habe.
Exul erā reqeſq; mihi nō fama petita ē
Mens intēta ſuis ne foret uſq; malis.
Hoc eſt cur cātet uinctus quoq; compede foſſor:
Indocili numero cum graue mollit opus.
Cantet & innitens limoſæ pronus harenæ:
Aduerſo tardam qui uehit amne ratem.
Quiq; refert pariter lētos ad pectora remos
In numerum pulſa brachia uertat aqua.
Feſſus ut incubuit baculo ſaxoq; reſedit
Paſtor arundineo carmine mulcet oues.
Cantantis pariter:pariter data pēſa trahētis
Fallitur ancillæ decipiturq; labor.
Fertur & abducta lyrneſide triſtis achilles
Aemonia curas attenuaſſe lyra.

Q uū traheret ſiluas orpheus & dura canēdo
  Saxa:bis amiſſa coniuge mœſtus erat:
Me quoq; muſa leuat pōti loca iuſſa petentē:
  Sola comes noſtræ perſtitit illa fugæ.
Sola nec inſidias inter nec militis enſem:
  Nec mare nec uentos barbariamq; timet.
Scit quoq; cū perii quis me deceperit error:
  Et culpam in facto non ſcelus eſſe meo.
Scilicet hoc ipſo nūc æqua:quod obfuit ante
  Et mecum iuncti criminis acta rea eſt.
Nō equidē uellem(quoniā nocitura fuerūt)
  Pieridum ſacris impoſuiſſe manum.
Sed nunc qd faciā?uis me tenet ipſa ſacrorꝝ:
  Et carmen demens carmine læſus amo.
Sic noua dulychio lotos guſtata palato
  Illo quo nocuit grata ſapore fuit.
Sētit amās ſua dāna ferēs:tamen hæret in illis
  Materiam culpæ proſequiturq; ſuæ.
Nos quoq; delectant:quāuis nocuere libelli
  Q uodq; mihi telum uulnera fecit:amo.
Forſitā hoc ſtudium poſſit furor eſſe uideri:

uerūetiā aſpectu inſignē:nam & artificio & materia iugoq; argēteo erat decora:unde etiā in epl'is ita ſcri
bit Ouidi. Tutius eſt iacuiſſe toro:tenuiſſe puellā: Threiciā digitis increpuiſſe lyrā. Quū traheret ſiluas.
Quū traheret arbores cātu & ſaxa.Oui.in.iii.de arte amādi.Saxa ferasq; lyra mouit rhodopeius Orphe-
us Tartareosq; lacus trigeminūq; canē.& Vergi.Orpheaq; in medio poſuit:ſiluasq; ſeqntes:hoc ideo fin
Orpheus
gitur:qm̄ fuit eloquētiſſimus:& hoīum ꝑtinaciā fregit eloquētia.Fuit autem Orpheus ex Thracia filius
Oeagri:ut ipſe in Argonautica ſcripſit:& Maro eū Oeagriū appellauit.Idē etiā aſſerit Diodorus in qnto
ſcribēs illū & doctrina & Melodia ac poeſi ex
ceſſiſſe oēs quorꝫ extet memoria.Is Vxorē ha
buit Euridicen:q̄ dū Ariſtæū fugeret per loca
herbis floribusq; ornata latētē ſerpētem calca
uit:cuius uenenato morſu extincta ad inferos
deſcēdit:nota eſt fabula:quā elegantiſſime de
Eurydice
ſcripſit Maro in.iiii.geor.Eſt aūt Euridice hu
mana aīa quæ dr̄ Eurydice.i.latū iudicium ha
bēs:ꝓpterea ꝙ rōnalis eſt: hæc nubit Orpheo
quū corꝑi coniungit̄:& amat̄ ab Ariſtæo.i.ab
optimo.Illa aūt corporeis uoluptatibus irreti-
tur.Id.n.ſūt flores atq; herbæ:q̄ terræ ſunt pul
chritudines:optimum qđ eſt ꝑ illa fugit:atq; a
ſerpente.i.a peccato:qđ inter illas uoluptates
latet:interimit̄:& ad inferos demergit̄:ſed cō
cedit̄ Orpheo:ut illā ſono cytharæ.i.actionū
optima cōpoſitione:q̄ maxima harmonia eſt:
unde uirtus exorit̄:ab inferis reuocet.i.a uitiis
liberet.ſed ea lege ne reſpiciat.i.ne in uitia re-
labat̄. Bis amiſſa cōiuge.Bis perdita Eurydi
ce primo quū ea Ariſtæū fugiēte:periit morſu
ſerpētis.Deinde quū ea illi ab inferis redeunti
erepta eſt.Legē.n.dederat Proſerpina ne reſpi
ceret:donec in auras ſupās ꝑueniſſet:ſic etiam
Vergilius. Quo ſe erepta bis coniuge ferret.
Mœſtus erat.Erat triſtis:ſed tñ cātu dolorē
leuabat. Vergi.Septē illū totos ꝑhibēt ex ordi
ne mēſes Rupe ſub aeria deſerti ad ſtrymonis
undā Fleuiſſe:& gelidis hæc euoluiſſe ſub an-
tris Mulcētē tigres & agētē carmine quercus. Muſa.Carmen qđ facio leuādi doloris gr̄a. Ponti loca
iuſſa. Tomitanā urbē dicit. Et culpā.Culpæ meæ cām hoc eſt errorē. Hoc ipſo.Hac ipſa re.i.carmine.
Eſt aūt ſenſus.Muſa hac re mihi ē æqua:q̄ antea accuſatus fui:uel certe hoc dicit.Muſa ideo ē mihi æq̄:
qm̄ mecū accuſata fuit:& mihi pri⁹ nocuit. Acta rea ē.Accuſata ē.Intelligit āt carmīa amatoria:q̄ cū ipſo
Pierides non a filiabus Pieri dictæ
poeta dānata ſūt. Q m̄ no:fue.qm̄ debebāt mihi obeſſe. Pieridū ſacris.Sacris muſarꝫ.Sane ſūt q̄ ſcri
bāt muſas Pierides dictas a filiabus Pieri q̄s uicerūt falſo adducētes id Ouidiū ſcribere.Quū cōſtet dcās
a pierio mōte:ut docet Pōp.Scribit ēt Heſio.ex Ioue & Mnemoſyne Muſas in Pieria natas.Et Cic.li.iii.
de natu.deo.ita refert.Iā muſæ priæ q̄tuor natæ Ioue altero Nete:& Theximone:Edearche:Melete.Se-
cūdæ Ioue tertio & Mnemoſyne ꝓcreatæ nouem:Tertiæ Ioue tertio in Pierio natæ & Antiopia: q̄s pieri
Pierus mons
das & pierias ſolēt poetæ appellare iiſdē noībus eodē nūero:quo maxīe ſuꝑiores. Oui.in met.nō Antio-
piā:ſed Anippen noīat.Quare aut illic Antiope:aut apud Ciceronē Anippe legēdū ē.Pierus autē mōs eſt
Theſſaliæ:q ad Macedoniā portēdit̄:autore Ply.Pompeius.In theſſalia muſarꝫ parēs domusq; Pieriā.De
Muſis plura Diodo. Impoſuiſſe ma.Attigiſſe. Sic noua Duli.Homerus lib.ix.Odyſſeæ ſcribit Vlyſſē
Lotophagi
tēpeſtate actū in Africā ad lotophagos acceſſiſſe:eiusq; ſocios guſtata loto reditū in p̄riam oblitos fuiſſe:
quos inuitos & flētes coegit Vlyſſes nauē cōſcēdere:& q̄primū illinc diſceſſit: Fuere āt Lotophagi popu
Lotos
li in Africa a loto arbore appellati:cuius fructus ſūt magnitudine fabæ colore croci:tā dulces:ut aduenis
incutiāt p̄riæ obliuionē:ut docet Ply.lib.xiii.Strabo duplices eē Lotophagos ſcribit:de q̄bus plura dixi-
mus in ultimū Ouidii de reme.amo.Eſt aūt ſenſus.Quāuis Lotos ab Vlyſſis ſociis ex Dulichia iſula eis
noceret:ꝙ p̄riæ obliuionē īduceret.tñ ſapor eius fructus adeo erat dulcis:ut quāuis obeſſet:nihil tñ cura
ret.Fuit aūt Dulichia ſiue Dulichiū una ex Vlyſſis iſulis. Materiā ſuæ culpæ.Ideſt amorē cuius amans
Furor in bono poeta
ipſe eſt culpa & cā. Furor eē.Poeta eē bonus nemo pōt:niſi furore corripiat̄.Vnde Socrates apud Plato
nē ita loqtur.Oēs itaq; carminum poetæ inſignes non arte:ſed diuino afflatu oīa iſta præclara poemata
canunt:& ut Corybantes non ſana mente ſaltant:ita neq; cantilenarum modulatores egregii ſana mēte
hos cāt⁹ effingūt:ſed ubi ī harmoniā & rhythmū īſurgūt:& occupati bacchāt̄:quēadmodū bacchātes fœ
minæ mēte nō ſana mel & lac ex flumibus hauriūt.Sana āt mēte haurire nequeūt:idq; effecit illorꝫ aſus:q

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

cãtus effingũt:qđ ipſi referũt. Et paulopoſt ita ſubiũgit.res.n.leuis uolatilis atq; ſacra poeta ẽ: neq; poetica prius canere pt q̄ deo plenus:& extra ſe poſitus:& a mẽte aliẽatus ſit:nã q̄diu mẽte q̄s ualet:neq; fingere carmia:neq; daŕ oracula pt:paulopoſt ita ẽt inq̄t. Poetæ ãt nihil alid ſũt q̄ deoꝝ iterp̄tes dũ ſũt furoŕ correpti. Sed q̄ddã furor hic. In hoc poetico furore ẽ q̄dã utilitas quã ſubiũgit. In obtutu maloꝝ. In aſpectu maloꝝ:i q̄b⁹ uerſor. Præſentis caſus. P̄ñtis exilii. Bacche. Phœbas uates Apollis. Saucia. Deo plena. Nõ ſentit ſuũ uulnus. Nõ ſẽtit ſuũ furorẽ. Dum ſtupet. Dum eſt attonita. Modis idæis. Vocibus uľ modis q̄bus Bacchi ſacerdotes utũť in Ida mõte Crætæ m̄rem deũ clãitantes. Legiť ẽt iugis idæis. Liberi ſacerdotes erãt Silẽi:Satyri:Bacchæ. Lenæ:Thiæ:& Mialões:& Naides:& nymphæ.& quos Tityros uocãt. Satyros ãt Curetas noiabãt adoleſcẽtes quoſdã armiſonã q̄dã eũ ſaltibus agilitatẽ edẽtes: ꝓferẽtes q̄dã de Iouis origie fabulã. Quod aũt Bacchi ſacerdotes in crætæ Ida ſtrepitu: ſaltu & furore laſciuirẽt docet Strabo adducẽs euripidis uerba.hæc ex bacchaꝝ tragœdia. O ſedes curetũ: religioſiq; ẽt Iouis gẽitores:ubi tibiæ:ubi triplices criſtæ ubi byrſatẽſũ orbẽ hũc mihi corybãtes excogitarũt Cornu quoq; bacchico tono ſonũq; phrygiaꝝ tibiaꝝ flatu ad magnæ m̄ris manũ poſuerũt:Sonoꝝ euãtũ baccaꝝ adſũt furẽtes Satyri:matrẽq; Rheã clamitarũt choreaſq; addiderũt triẽnales q̄bus gaudet bacchus. Et in palamede chorus loq̄ns inq̄t. Cũ p̄re libero laſciuiẽs:q p Idã lætať chara cũ m̄re tympanoꝝ ſonitu:& cõgruẽtes in unũ. Silenũ & Marſiã & olympũ:& tibiaꝝ q̄rẽtes reptores celebrãteſq; rurſus bacchica:& phrygia ſiľ cõferũt Idãq; ſæpenũero reſonaŕ faciũt. Qui ãt fuerit ſtrepit⁹:modi:& furores bacchaꝝ docet Catullus quũ inq̄t. Vbi cymbalũ ſonat uox.ubi tympana reboãt. Tibicẽ ubi canit phryx: ubi curuo graue calamo. Vbi capita mẽades ui iaciũt hederigeræ. Vbi ſacra ſcã a cutis ululatibus agitãt. Vbi ſueuit illa duce uolitare cohors uaga. Exululata. Ad ululatũ ĩpulſa a baccho:aut certe p̄ticipiũ formauit a deponẽti Vlulor p licẽtiã poeticã Quod aũt ĩ ſacris ulularẽt bacche:ita docet ẽt Oui.ĩ met. Venit ad ſtabula auia tãdẽ Exululatq; euoeq; ſonat. Sacro tyrſo. Bacchis(ut ẽ autor Diodor⁹)tradidit Dionyſi⁹ iacula mucronẽ ferri hedera circũdãte ea thyrſos appellarũt. Oui.li.iii.de arte amãdi. Nec mora p medias ſp̄ſis furibũda capillis. Euolat ut thyrſo cõcita baccha uias:& ĩ met. Nocte ſua ẽ egreſſa domo regia deiq; Ritib⁹ ĩſtruiť furialiaq; accipit arma. Vite caput tegiť:lateri ceruia ſiniſtro Vellera depẽdẽt: hũero leuis incubat haſta. Ille ſp̄us. Ille furor: & ſpiritus apollineus. Iratos deos. Auguſtũ iratũ. Lethes ſoporifere Lethei fluminis ſoporẽ:& obliuionẽ inducẽtis. Senſus temporis aduerſi. Cognitio:& intelligentia temporis mei infœlicis. Deas. Muſas.

**Liberi ſacerdotes**

**Baccharũ ſtrepitus & furor**

**Thyrſus**

Sed quiddam furor hic utilitatis habet.
Semper in obtutu mentẽ uetat eſſe malorum
Præſentis caſus immemoremque facit.
Vtque ſuũ bacche non ſentit ſaucia uulnus:
Dum ſtupet idæis exululata modis.
Sic ubi mota calẽt ſacro mea pectora thyrſo:
Altior humano ſpiritus ille malo eſt.
Ille nec exilium ſcythici nec littora ponti
Ille nec iratos ſentit habere deos.
Vtque ſoporiferæ biberem ſi pocula lethes:
Temporis aduerſi ſic mihi ſenſus abeſt.
Iure deas igiť ueneror mala noſtra leuantes
Sollicitas comites ex helicone fugæ.
Et partim pelago partim ueſtigia terra
Vel rate dignatas uel pede noſtra ſequi.
Sint ꝓcor hæ faciles ſaltẽ mihi.nanq; deorum
Cæſare cum magno cætera turba facit.
Meq; tot aduerſis cumulat:quot littus arenas
Quotq; fretũ piſces ouaq; piſcis habet.
Vere prius flores:æſtu numerabis ariſtas:
Poma per autũnum:frigoribuſq; niues.
Quã mala quæ patior toto iactatus in orbe:
Dum miſer euxini littora ſeua peto.
Nec tñ:ut ueni:leuior fortuna malorum eſt.
Huc quoq; ſunt noſtras fata ſecuta uias.
Hic quoq; cognoſco natalis ſtamina noſtri.
Stamina de nigro uellere facta mihi.
Vtq; neq; inſidias capitiſq; pericula narrem:
Vera quidem uidi:ſed grauiora fide.

Ex helicone. E bœoticæ nemore:ubi natale muſis aſſignãt ut ſcribit Plynius Solin⁹ ẽt ſcribit apud thebas in bœotia Helicona lucũ eẽ:& Cithærona ſaltũ:Helicona aũt:& Cithærona denominatos fuiſſe ab Helicone:& Cithærone fratribus:q illic ſingulari pugnauerũt certamine:ut ſcribit q̄dã interpræs Heſiodi:eiuſq; rei autorẽ aſſerit Lyſimacũ cyrenæũ ĩ p̄rio de poetis. Lactãtius tñ ĩ ſecũdo diuinaꝝ inſtõnũ ſcribit Cithærona ita appellatũ:ꝙ in eo Orpheus frequẽter citharæ cãtu perſonaret. Cætera turba deorũ. Reliq̄ dii p̄ter muſas. Facit cũ cæſare. Cũiũcta eſt cũ Cæſare. Quã mala. Subaudi numerabis. Vt ueni. Poſteaq̄ ĩ ſcythiã pueni. Nec tñ eſt leuior. Nec tñ in p̄ñtia minori q̄ antea me afficit pœna.q.d. Crediderã me tm̃ dolituꝝ ꝙ patria carerẽ:ſed alia ẽt mala nõ leuiora:q̄ ſtatim poeta ſubiũgit:me angũt. Fata:infortunia eadem:quæ mihi romæ nocuere. Hic:in ſcythia. Stamina. Fila parcaꝝ meaꝝ hoc ẽ curſum uitæ meæ. Facta de nigro uellere. Plena infœlicitatis:Poetæ enim per nigra uellera parcaꝝ ĩfœlicitatẽ:p cãdida uero fœlicitatẽ deſignant. Sed grauiora fide. Sed magis grauia & aſpera q̄ credi poſſit.

**Helicon**

**Cythæron**

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Inter beſſoſq; getaſq;. De Beſſis:ac Getis diximus ſupra. Porta.ſ.Tomitanæ urbis. Fugi aſpa certa
mia militiæ.Iuuẽis.n.Oui.ĩ aſia militauit. Niſi mãu luſura:niſi ludi aut exercitatiõis gr̃a. Tumult⁹.Ti
moris ꝙ getæ armati cõtra nos aduẽtarẽ nũciabãt. Trepida mãu.Aut tremẽti pp cãitiẽ:aut feſtia. Quæ
ſe nõ texit ouili.Quæ extra ouile dep̃hẽſa fuit. Mei fati.Meæ mortis. Ad nũeros.Aduerſus. Accipiat
aurib⁹.Intelligat.Duo ergo dicit:nec ſe hr̃e:q carmĩs pitiã teneat:nec eũ ſaltẽ q latĩa uerba ĩtelligat. Suo
iudicio.Proprio meo iudicio:& nõ aliẽo. Corq;:Subaudi labit̃. Tãq̃ norit uetuſta uulnera noua: Tãq̃
ſi nõ iãpridẽ ſed ĩ p̃ñtia exu larẽ. Aq̃ mœſte.
Lachrymaꝶ ex mœſtitia manãtiũ: Quo Scy
thiã ĩtelligit. Et uñ.Et ex quo loco.i.rõa. Cũ
uẽia.Mihi ignoſcẽdo:ſiq̃d erratũ fuerit. Car
mẽ ñ meli⁹.Carm̃ ñ magis bonũ. Cõſulæ bo
ni.Aequũ iudica. In ſcd̃am Elegiã Enarratio.

Am fera cæſaribus. Druſũ germãi
cã expeditionẽ ſũpſiſſe ĩ ſcythiã ad
poetã fama ꝑtulerat.Dicit ergo ui
ctoriã fortaſſe ab eo ꝑtã fuiſſe quũ
hæc ſcriberet:ac ẽt rõæ ſacra diis exhiberi triũ
pharecq; eo tpe Auguſtũ:c⁹ auſpiciis Druſ⁹ uice
rat.Ei⁹ ãt triũpho dicit ſe mẽte ĩtereſſe:qñq̃dẽ
corpe nõ p̃t:Q d ſiqs ei triũphi formã rettule
rit.q̃uis ſero:tñ oñdit ſe auditurꝰ tãta lætitia:
ut ꝓpriũ ĩcõmodũ ſit poſt hitur⁹ publicæ læ
titiæ. Iã fe.cæ.ger.De germãis dõitis a Druſo
dixius ſupra.Illud hoc ĩ loco ẽt addẽdũ uĩ:q̃d

Germani domiti a Druſo

ſcri.Paul⁹ Oroſi.his uerbis.Claudi⁹ druſus pri
uign⁹ Cæſaris Galliã Rhetiãq; ſortit⁹ maxĩas
fortiſſimaſq; gẽtes germãiæ armis ſubegit.Nã
tũc ueluti ad ↄſtitutũ diẽ pacis feſtiarẽt.ita oẽs
ad expientiã belli deciſionẽ ue fœderis undati
gẽtes cõmouebãt:aut ſuſcepturæ conditionẽ
pacis ſi uicerẽt:aut uſuræ q̃eta libertate ſi uice
rẽt.Norici:Illyrii:Pannonii:Dalmatæ:Mœſii:
Thraces:& Daci:Sarmatæ:pl'imiq; & maximi
germãiæ pp̃li:q p diuerſos duces uel ſupati:ul'
repſſi:ul' ẽt obiectu maxioꝶ flũinũ Rhẽi Dãu
biiq; ſecluſi ſũt.Druſus ĩ germãia prio Suſep
tes.deĩde Tenecteros & Cathos ꝑdonuit:Mar
co mãnos pœne ad internitionẽ cecidit:poſtea
fortiſſimas natões:& q̃bus nã uires cõſuetudo
expientiã uiriũ dabat:Cheruſcos:Sueuos:& Si
cãbros pariter uno bello:ſed ẽt ſuis aſpo ſupa

Germanorũ feritas

uit.Quoꝶ ex eo ↄſiderari uirt⁹ ac feritas p̃t:ꝙ
mulieres quoq; eoꝶ ſi qñ ꝑuẽtu rõanoꝶ inter
plauſtra ſua cõcludebãt deficiẽtib⁹ telis ul' q̃lꝫ
re: q̃ uelut telo uti furor poſſit ꝑuos filios colli
ſos hũi ĩ hoſtiũ ora iaciebãt:ĩ ſingulis filioꝶ ne
cibus bis pricidæ. Vñ nõ ĩmerito Oui.germãiã

Romani a germanis uicti

ferã appellauit Germani aũt ſæpius romanos
uicerũt:ut Tacitus ſcribit:cui⁹ uerba hæc ſũt.
At Germani Carbone:& Caſſio:& Scauro: Au
relio:& Seruio Cepione.M. quoq; Mãlio fuſis
ul' captis q̃nq; ſimul cõſularis exercitus po. ro.
Varũ treſq; cũ eo legiones etiã Cæſari abſtule
rũt:nec ĩpune.C.Marius in Italia.Diuus Iulius

Druſi mors

in Gallia.Druſus Nero & Germanicus in ſuis
eos ſedibus ꝑculerũt.Mox ingẽtes.C.Cæſaris
minæ ĩ ludibriũ uerſæ. Inde ociũ. donec occa
ſiõe diſcordiæ noſtræ:& ciuiliũ armorũ expu
gnatis legionum hibernis:ẽt gallias affectaue
re:ac rurſus pulſi inde proximis temporibus triumphati magiſquam uicti ſunt.Strabo ſcribit inter Sa

Viuere quã miſerũ eſt ĩter beſſoſq; getaſq;
Illum qui populi ſemper in ore fuit.
Quã miſerum eſt porta uitam muroq; tueri
Vixq; ſui tutum uiribus eſſe loci.
Aſpera militiæ:iuuenis certamina fugi.
Nec niſi luſura mouimus arma manu.
fræna.Lupata aũt intelligit. Eſt enim lupatũ frænum aſpeꝝ dictum(autore Seruio)a lupinis dẽtibus:qui inæq̃les ſunt. Vergilius. Et duris parere lupatis. Et Martialis. Mordẽt aurea ꝙ lupata cerui. Leonũ pœnoꝝ. Inter leones africani ſũt feroces. Eoꝝ(autore Plynio) duo ſunt genera. Cõpactile: & breue criſpioribus iubis:hos pauidiores eſſe dicunt:q̃ longo ſimpliciq; uillo:eoſq; contemptores uulnerũ:grauem habẽt odorem:nec minus halitum. Martialis. Non ab amore recens hircus:nõ ora leonis: rari in potu. Veſcuntur alternis diebus Leoni tantum ex feris clementia in ſupplices proſtratis parcit:quod docuit ſuperius Ouidius eo uerſu. Corpora magnanimo ſatis eſt ꝓſtraſſe leoni. Pugna ſuum finem quũ iacet hoſtis:habet. Hoc tale tamq; ſæuum animal rotarum orbes circũacti:curruſq; inanes & gallinaceorum criſtæ:cantuſq; etiam magis terrẽt ſed maxime ignes. Primus romæ leones ad currum iunxit. M. Antonius:& quidem ciuili bello cum dimicatum eſſet in pharſalicis campis. Nam ꝙ ita uectus eſt cum Mima Cytheride ſupra monſtra etiam illarum calamitatum fuit. Leones autem domari & manſuefieri:ut hic oſtendit Ouidius:docet etiam Plynius ſcribens Hannonem e clariſſimis pœnorum primum leonem manu tractare auſum:& mã ſuefactum oſtendere. Mox eundem damnatum illo argumento:quoniam nihil non perſuaſurus uir tam artificis ingenii uidebatur:& male credi libertas ei cui in tantum ceſſiſſet etiam feritas. Tibullus. Longa dies homini docuit parere leones. Herodotus libro tertio eſt autor. Læenas inter omnem uitam ſemel parere : eoq; uno partu nunquam edere plures q̃ unum:nam una cum fœtu eas uterũ emittere opinatur:cuius rei cauſam hanc eſſe dicit: ꝙ Catulus ubi moueri in utero incipit:quũ habeat ungues longe acutiſſimos ex omnibus feris.uterum lacerat:augeſcenſq; magis ac magis ungues imprimendo exulcerat:ita ut ad poſtremum dum partus adeſt:nihil uteri relinquatur incolume. Hanc opinionẽ refellit Ariſtoteles libro de hiſtoria animalium.vi.docetq; Leænam coire:& parere non omni tempore:ſingulis tamen annis uere parere:& magna ex parte geminos. Sed quum plurimos ſex catulos:nonnunquam etiam unum. Rarum hoc animal eſt:nec multis naſcitur locis:ſed Europæ totius ea parte ſolum:quæ inter Acheloum & Neſtum amnem eſt. Leones terræ Syriæ quinquies inter omnem uitam pariunt:primum quinq;:poſt uero ſubinde pauciores :deinde ſteriles degunt. Caret Leæna iuba:maris hæc propria eſt. Homerus quoq; multis in locis oſtendit leones plures gignere:atq; educare catulos. Leonum genera tria eſſe ſcribit Solinus. Quidã enim ſunt breuiores:& iubis criſpi:quos plærunq; ignauos & imbelles eſſe docet. Alii ſunt Longiores & coma ſimplici acres magis ac potentes. Tertium facit genus eorum quos creant pardi:remanent illi quidem in plæbe iubarum inops. Inda belua. Elephantem dicit:qui paulatim magiſtris parere conſueuerunt:nam regem adorabant:genua ſubmittebant coronas porrigebant:funibus ſubibant. Domantur autem rabidi fame & uerberibus elephantis aliis admotis:qui tumultuantem catenis coerceant. Domiti militant:& turres armorum in hoſtes ferunt:magnaq; ex parte orientis bella conficiunt:proſternunt acies: proterunt armatos. Elephanti aphri indicos pauent:nec contueri audent:nam & maior indicis magnitudo eſt. Terreſtrium autem animaliũ maximus eſt Elephas:proximuſq; humanis ſenſibus : id animal fert africa ultra ſyrticas ſolitudines & in Mauritania ferunt Aethiopes & Troglodytæ : ſed maximos india. Decem annis geſtare in utero uulgus exiſtimat. Ariſtoteles biennio:nec amplius q̃ ſingulos ſemel gignere:pluresq; uiuere.cc.annis:& quoſdam.ccc. Deuorant & lapides Mures omnium animaliũ maxime odere. Duriſſimum dorſo tergus. Ventres molles:ſetarum nullum tegumentum:tedio muſcarum infeſtantur. Sed cancellata cutis & inuitans id genus animalium odore. Ergo quum extenti recepere examina:arctatis in rugas repente cancellis cõprehenſas enecant. Sunt autem Cancelli ligna ſubtilia : uel alia ſimilia in tranuerſum facta in modum rætis:ad quorum ſimilitudinem elephantis cutis cancellata appellatur. De Elephantis natura:plura legito apud Ariſtotelẽ:Plyniũ:Diodorũ:ac etiam Solinum. Racemis extẽtis. Racemis longis & exporrectis. Vix capiant merum. Vix teneant uinum quod eſt in ipſis granis.

**Leonum genera**

**Halitus leonum grauis**

**Leones currui primus iunxit M. Antonius**

**Cytheris mima**

**Leones manſueſcunt.**

**Error Herodoti**

**Leonum partus**

**Elephantorum docilitas.**

**Vbi elephãti naſcunt**

**Cancellata cutis : Cancelli**

Tempus

¶ Tempus & in canas. Tp̄e etiã frumẽta naſcũtur:& ad maturitaté puenıũt. Triſti ſapore. Sapore ama
ro:qa matureſcunt:& fiunt dulcia. Tenuat denté aratri. Attenuat uomer. Renouantis terrã. Terrã ite
rum pro ſcindẽtis. Sæuas iras. Tp̄e etiã ira mitigatur. Igitur. Quãdo ita eſt ꝙ tp̄e oĩa fiãt. Tacito pe
de. Senſim. Vt patria careo. Poſteaq̃ relegatus ſum ab Auguſto. Bis frugibus area trita eſt. Per duas
meſſes:totidẽq́ꝫ uindemias poeta duos annos elegantiſſime deſignat. Diſſiluit. Saliẽdo egreſſa eſt. Lõ
go ſpatio. Longo tp̄e. Patientia. Vt æquo animo ferrem relegationem meam. Habet ſenſum recẽtis

Tempus & in canas ſemen producit ariſtas:
Et ne ſint triſti poma ſapore facit.
Hoc dentem tenuat terram renouantis aratri
Hoc rigidos ſilices:hoc adamanta terit.
Hoc etiã ſcæuas paulatim mitigat iras:
Hoc minuit luctus:mœſtaq́ꝫ corda leuat.
Cũcta poteſt igit̃ tacito pede lapſa uetuſtas:
Præter quam curas attenuare meas.
Vt patria careo:bis frugibus area trita eſt.
Diſſiluit nudo preſſa bis uua pede.
Non queſita tamẽ ſpatio patientia longo eſt.
Menſq́ꝫ mali ſenſum noſtra recẽtis habet:
Scilicet & ueteres fugiunt iuga ſæpe iuuenci.
Et domitus freno ſæpe repugnat equus.
Triſtior eſt etiam præſens erumna priore:
Vt ſit enim ſibi par:creuit:& aucta mora eſt
Nec tã nota mihi:quã ſũt mala noſtra fuerũt:
Sed magis hæc quo ſũt cognitiora grauãt.
Eſt quoq́ꝫ non minimũ uires afferre recentes:
Nec præconſumptum temporis eſſe malis
Fortior in fulua nouus eſt luctator harena
Quam cui ſunt tarda brachia feſſa mora.
Integer eſt melior nitidis gladiator harenis:
Quã cui telo ſuo ſanguine tincta rubent.
Fert bene p̄cipites nauis modo facta p̄cellas
Quamlibet exiguo ſoluitur imbre uetus.
Nos quoq́ꝫ q̃ ferimus tulimus patiẽtius ante:
Quæ mala ſunt longa multiplicata die.
Credite deficio noſtroq́ꝫ a corpore(quantum
Auguror)accedunt tempora parua malis.
Nã neq́ꝫ ſunt uires nec qui color eſſe ſolebat.
Vix habeo tenuem quæ tegat oſſa cutem:
Corpore ſed mens ẽ ægro magis ægra:maliq́ꝫ
Incircunſpectu ſtat ſine fine ſui.

mali. Sentit mala p̄inde ac recẽtia & nõ duoꝶ
annoꝶ. Scilicet & ueteres. Dicit malũ uetus
ſibi ita recẽs uideri:quẽadmodũ iugũ plærũq́ꝫ
& frenum iuuencis:& equis:qui quãuis diu il
lis aſſueti fuerint:tamen tanquã nouã moleſti
am plærũq́ꝫ reliciunt. Præſens erumna. Præ
ſens malum & infortunium. Priore. Priorẽ
erumnam eam intelligit:qua primo relegatus
fuit. Vt ſit.n.ſibi par. Quãuis & præſẽs & pri
or erũna idem malum attulerint:in hoc tamẽ
differũt:ꝙ præſens tempus diuturnitate ma
gis aucta:maiorẽ etiã attulit dolorẽ. Quam
ſũnt. Subaudi nota. Magis grauant. Maiori
me afficiũt moleſtia. Quo ſunt cognitiora.
Quo ſunt magis p̄bata. Eſt quoq́ꝫ nõ mini
mũ. Oſtẽdit Ouidius nouũ dolorẽ minꝰ noce
re q̃ ueterẽ. Vires afferre recentes. Ille dicit̃
afferre uires recẽtes alicui malo:quũ is primũ
& nunquã antea læſus afficitur aliqua inſigni
clade:qđ melius ſequẽti uerſu declarat. Præ
conſumptũ. Aliquem ante conſumptum & af
fectũ. Malis tẽporis. Malis uetuſtatis. For
tior in fulua. Exẽplis arguit multo magis gra
uare mala uetera q̃ recẽtia. Luctator. Qui lu
cta ludit & palæſtra. Fuere ãt tria athletica cer
tamina:in q̄bus certabãt corporibus ſuis. Cur
ſores:Pugiles:& Luctatores:ut Homerus ĩ Pa
trocli funere declarat. Inducit autẽ Neſtorem
ita Achilli reſpondentem. Vici enim Enopi fi
lium Clitomeden pugnis. Antheũ Pleuroniũ
lucta:fortẽ Ipiclum pedũ uelocitate. Quomo
do autẽ palæſtra luderẽt:docet Homerus: his
uerbis. Tũ magnus Aiax Thelamoniꝰ & Vlyſ
ſes uir ſumma prudẽtia præditus p̄didere:ma
nuſq́ꝫ ualidas conſeruere:ut bonus architectꝰ
tigna in alta domo uẽtoꝶ impetus cauẽs hu
meri ualidis manibus acti concrepare:ſudor
defluere toto corp̄e p̄ latera & hũeros uibices
ſanguine rubeſcere:uictoriæ pro fabricato tri
pode omni cura ĩcumbere:neq́ꝫ alter alteꝶ lo
co mouere:aut ſternere poterat. Sed quum iã
achiuos moræ tederet:prior Aiax Thelamoni
us generoſe inq̄t:& ſapientiſſime Vlyſſes uel
tu me uel ego te tollã:reliquũ ioui curæ erit.
Sic dicẽs eũ ſuſtulit. At Vlyſſes haud doli obli
tus pone percuſſis eius poplitibus nutantibus
genibus reſupinum ſtrauit:ipſe in os pronus incubuit. Luctæ etiam meminit Iuuenalis quum inquit. Lu
ctantur paucæ comedũt coliphia paucæ. Nouus. Non antea fatigatus. Tarda mora. Diu enĩ in pugna
morãtes Athletæ pigriores reddunt̃:q̃ qui noui in pugnam deſcẽdunt. Nitidis harenis. In cãpo harena
ſtrato. De gladiatoribus quum alibi multa:tum in primis in enarratiõe eius uerſus ex primo de arte amã
di Sparſaq́ꝫ ſolicito triſtis harena foro. Quam cui tela. Quã ille qui uulneratus feſſus eſt. Præcipites.
Celeres:aut naues p̄cipitantes. Vetus. Carioſa. Noſtroq́ꝫ a corpore. Ordo eſt. Et a noſtro corpore par
ua tempora accedunt:ideſt adduntur malis quantum auguror:hoc eſt corpus meum(quantum augurari
poſſum)non longo tempore malis cruciabitur:quia cito moriar. In circũſpectu. In conſideratione.

Athletica certamina tria

Vrbis abeſt facies.Incommoda enumerat:quibus ſe triſtari oſtendit. Brachataq; turba getarum.De brachis quibus utebantur getæ: abunde diximus ſupra. Quæ uideo. Barbaros & Scythas intelligit. Non uideoq;. Vrbem:Sodales:& uxorem accipe. Mouent.Solicitant.

In Sextam Elegiam Enarratio.

BIs me ſol adiit.Miratur poeta:q̃ biénio iam exacto nullas ab amico acceperit lr̃as quũ hi pſertim ad eũ ſcripſerint:qbuſcũ amicitiæ uſus non fuerat tã probatus.Subiungit tñ malle ſe oia credere:q̃ illũ nullas ad eum dediſſe lr̃as:q̃s iterceptas fuiſſe exiſtĩat admonet poſtremo ut ad eum ſcribat ne ſemper excuſandus ſit.

Annus
Bruma

Bis me ſol adiit.Tempus (ut antea etiã diximus)a bruma ad brumãdũ ſol redit uocat̃ annus.Bruma aũt a breuitate dieꝝ nomẽ accepit:ut eſt autor Põpeius quia ſol ueluti ſenio cõfectus:& ad capricornũ atq; inferiores delapſus circulos ad altiores incipit remeare:& q̃ſi enaſci.Vnde ſol nouus proprie dicit̃(ut docet Séruius)octauo calẽdas Ianuarii.Idẽ etiã ita refert Oui.in faſtis. Bruma noui prima eſt:ueteriſq; nouiſſima ſolis: Principium capiũt phœbus & annus idẽ. Biſq; ſuũ tacto piſce.Hoc dicit q̃a ſol a Capricorno: Aq̃rio & piſcibus hiemẽ trãſigit. Exiguus uſus. Parua cõſuetudo. Cur quotiẽs alicui.Ex his duobus uerſibus facile reſelli põt eoꝝ opinio qui uolebãt nomẽ ſcribẽtis & eius ad quẽ ſcribimus lr̃is iã ſignatis inſcribi:quũ apte hic poſſimus intueri intus tantũ appoſitum fuiſſe nomen ſcribentis. Tua dextra.tua manu. Sed e multis.Sed e multis tuis lr̃is nullas accepi.

Quod precor.Quod oro.Vt dii faciãt te ſæpe ad me ſcripſiſſe. Eſſe liquet.Manifeſtum eſt te ad me ſcripſiſſe. Credã prius.Credã potius q̃ poetæ fabulantur:q̃ te non ſcripſiſſe.

Vrbis abeſt facies:abſunt mea cura ſodales:
Et qua nulla mihi chari or uxor abeſt.
Vulgus adeſt ſcythicũ bracataq; turba getaꝝ
Sic me quæ uideo non uideoq; mouent.
Vna tamen ſpes eſt:quæ me ſolatur in iſtis:
Hæc fore morte mea non diuturna mala.

BIs me ſol adiit gelidæ p⁹frigora brũæ
Biſq; ſuum tacto piſce peregit iter.
Tpe tã lũgo cur nõ tua dextra uerſus
Quamlibet in paucos officioſa fuit?
Cur tua ceſſauit pietas ſcribentibus illis
Exiguus nobis cũ quibus uſus erat?
Cur quotiẽs alicui chartæ dũ uincula dempſi
Illam ſperaui nomen habere tuum?
Dii faciãt ut ſæpe tua ſit epiſtola dextra
Scripta:ſed e multis reddita nulla mihi.
Quod p̃cor eẽ liq̃t:credã prius ora meduſæ
Gorgonis anguineis cincta fuiſſe comis
Eſſe canes utero ſub uirginis:eſſe chimæram:
A truce quæ flammis ſeparat angue leam.

Meduſæ crines ĩ ſerpentes

Ora Meduſæ gorgõis.Meduſæ crines in ſerpentes mutauit Minerua q̃ cum Neptuno in eius templo cõcubuit eiuſq; caput ad terrẽdos hoſtes Aegidi impoſuit ut ſcribit Ouidi.in calce libri quarti met.his uerſibus.Clariſſima forma Multorũq; fuit ſpes inuidioſa procoꝝ Illa:nec in tota cõſpectior ulla capillis Pars fuit:inueni qui ſe uidiſſe referrent.Hãc pelagi rector tẽplo uitiaſſe mineruæ Dr̃:auerſa eſt:& caſtos ægidæ uultus Nata iouis texit:neue hoc ĩpune fuiſſet.Gorgoneũ crinẽ turpes mutauit in hydros.Nũc quoq;:ut attonitos formidĩe terreat hoſtes:Pectore in aduerſo:quos fecit:ſuſtinet angues. Vergili.in.viii. Aegidaq; horrificã turbatæ palladis arma Certatim ſquãmis ſerpẽtũ auroq; polibant.Cõnexoſq; angues:ipſamq; in pectore diuæ Gorgona deſecto uertentẽ lumina collo.

Gorgonũ gens

Gorgona aũt Meduſam appellant poetæ a gẽte. Scribit enĩ Diodorus plures mulierũ nationes fuiſſe in Libya pugnaces ac ualidis uiribus.Nã Gorgonũ gens fuit:aduerſus quas earũq; reginã Meduſam Perſeus haud paruo certamine bellũ geſſiſſe fert̃ uir fortitudine exĩmia:Iouiſq; filius: & græcoꝝ ſuæ ætatis optimus.Sitæ aũt fuerũt occidẽtẽ uerſus ĩ extremis orbis finib⁹.Eas poſtmodũ penitus deleuit Hercules:quo tpe ad occiduas ptes trãſiẽs colũnã in Libya poſuit: indignũ ratus: quũ pro ſalute hominũ certaret:aliqbus gẽtibus fœminas ĩpare.Scribit ẽt Ply.lib.vi.ac ẽt Solinus cõtra promontorium Heſperionceras Gorgones inſulas eſſe Gorgonũ quondã domus bidui nauigatione diſtãtes a cõtinente: penetrauit in eas Hanno pœnorum imperator:proditq; fœminarum hirta corpora uiros pernicitate euaſiſſe. Duarumq; Gorgonum cutes argumenti & miraculi gratia in Iunonis templo poſuit ſpectatas uſq; ad Carthaginẽ captam.

Gorgones ab agilitate dictæ
Amazões unde appellatæ
Amazões duplices
Chimæræ forma

Sunt qui Gorgones ab agilitate dictas putant:γοργον enim agilem ſignificat ut diximus in enarratione eius uerſus Ouidii de arte amãdi.Lumina Gorgoneo ſæuius angue micant:Gorgones quoq; Amazones appellatæ ſunt ab a priuatiua particula & μαστον.i.mamillis: ut uoluit Euſtathius theſſalonicenſis in cõmentario:quod in Dionyſiũ conſcripſit:q̃ alterã adurerent tenellæ mamillam:uel ab a priuatiua particula και μαζησ.i.pulte uel pane:quaſi ſine pane: eo q̃ non pane ueſcerẽtur:ſed carnibus ferarũ.Fuere & aliæ Amazones in Aſia: de quibus ſcripſere Herodotus:Strabo. Plutarchus:Curtius:ac ẽt Iuſtinus. Eſſe canes utero.Scyllæ fabulam & formã diximus in ultimo de remedio amoris. Eſſe chimærã.De Chimæræ forma Homerus libro ſexto Iliados ita ſcribit. Principio impat:ut Chimærã expugnet:atq; occidat:animal indomabile:expugnabile:neq; humano:ſed diuio genere ortũ.Anterius quidẽ leonẽ:poſterius uero draconẽ:medio autem capram:atq; terribiles ex ore flammarum

marum

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

maꝝ globos cũ ſpiritu effundẽtẽ. Scribit ẽt Seruius Chimærã ore fuiſſe leonẽ: poſtremis ptib⁹ Draconẽ media caprã ſecũdũ fabulas. Vñ in Odis Oratius Chimærã triformẽ appellauit. Re uera aũt eẽ montẽ lyciæ cuius hodieq; ardet cacumẽ: iuxta qđ ſũt leones. Media aũt paſcua ſũt: ima uero mõtis ſerpẽtib⁹ plena: hũc Bellerophõ habitabilẽ fecit. unñ Chimærã dr̃ occidiſſe. Scribit ẽt Solinus. Quod in Cãpania Veſuuiũ. In Sicilia Aetnã: hoc ĩ lycia mõtẽ eẽ Chimærã. mõtẽq; hũc aſſerit nocturnis æſtib⁹ fumidũ exhalare: Vñ fabulã Triformis mõſtri ĩ uulgũ datã eẽ: ꝙ chimærã aĩal putauerũt. Quadrupedeſq; hoĩes. Centauros ĩtelligit: eq erãt hoĩſq; natura de quorum origĩe hæc Diodorus. Ex oceão ac Thety plures filii fuere: inter quos Peneus: q ex nympha creuſa liberos ſuſcepit Ipſeũ: ac Stylbiã: ex qua Apollo Lapithõ ac Cẽtaurũ genuit. Lapithus ex Eurione Arſinoi Phorbãtẽ: ac Periphãtẽ filios ſuſcepit: populi a lapitho Lapithæ appellati ſũt. Phorbas filios habuit Aegeũ. Actorẽq;. Periphas uero ex Aſtiagea uxore Ipſei filia octo genuit liberos quoꝝ natu maior Antion: & Melate Amythoni ſuſcepit Ixionẽ. Hic dona plurima Eſioneo pollicitus ab eo filiã Cliã uxorẽ duxit: ex q̃ genuit Pirithoũ. Verũ quũ Ixion nequaq̃ ꝓmiſſa tradidiſſet. Eſioneus ꝓ his equos illi⁹ cepit. Tũc Ixiõ pollicit⁹ ſe q̃ ꝓmiſerat daturũ: accerſitũ ad ſe Eſioneũ ĩ foueã ardẽtẽ cõiecit: q̃ crudelitate quũ nullus eã cædẽ purgare uellet: a Ioue demũ purificat⁹. Iunonẽ ſtupri ĩterpellare auſus eſt: q̃ re cognita Iupiter nubẽ ĩ forma Iunõis quũ ĩterpoſuiſſet: Ixiõ eo cõcubitu cẽtauros genuit. Tradũt tãdẽ Ixionẽ ſceleꝝ magnitudĩe ab ioue rotæ alligatũ: ꝑpetua poſt obitũ torq̃ri cruciat⁹ pœna. Cẽtauros nõnulli uolũt ĩ Pelio a nymphis nutritos: poſtmodũ eq̃s ſubagitaſſe: exq; eis Hippocẽtauros natos. Creditũ ꝙ primi eq̃tare auſi ſint: eoq; natã fabulã uelut eq̃ eẽnt hoĩſq; natura. Hos ferũt tãq̃ pirithoi cognatos ptẽ regni pr̃ni ab eo poſtulaſſe: qđ rẽuẽti bellũ a lapithis illatũ ẽ. Sed eo ceſſante poſtmodũ quũ Piritho⁹ Hippodamiã uxorẽ duxiſſet. Theſeo ad nuptias: ac cẽtauris uocatis: illi uino ebrii fœminis: q̃ nuptiis ĩtererãt: uĩ afferre conati ſũt. Qua iniuria tũ Theſe⁹ tũ Lapithæ ꝑmoti ml̃tis cẽtauris ꝑemptis: reliquos e ciuitate eiecerũt. Hãc ob cãm cẽtauri una aduerſus lapithas ꝓfecti: plures ĩterficere. Qui cæde ſupſuerũt ptĩ ĩ pholoẽ arcadiæ ꝓfecti ſũt: ptĩ ĩ Malea habitarũt. Illđ notãdũ a doctiſſimis græcis ꝓferri Lapithas nõ Laphitas ut q̃dã ꝑcipiũt: & ita a nr̃is quoq; obſeruãdũ cẽſeo. Cũ pectore pectora iũctos. Cẽtauroꝝ. n. pectora hũanis pectorib⁹ iũcta fuere habuere enĩ ptẽ pectoris hũanã: ptẽ eq̃nã. Sũt q hoc ĩ loco Hermaphroditos ĩtelligãt: qđ nõ placet: qm̃ eos gigni ñ eẽ fabuloſum docet Plyni⁹. Tergeminũq; uirũ. Herilũ aut Gerionẽ ĩtelligit: quos tergeminos fuiſſe docet Vergilius. Iuſtinus ſcri. Gerionẽ nõ triplicis naturæ (ut fabulis ꝓditur) fuiſſe: ſed tres frẽs tãtæ concordiæ extitiſſe: ut uno aĩo oẽs regi uiderent. Alii dicũt tres frẽs in hiberia fuiſſe Chryſei filios: qui a diuitiis nomẽ id traxerat. Vniuerſæ. n. hiberiæ ĩperabat: hẽbatq; tres ꝓpugnatores filios: cũ robore corporis: tũ armis egregios. Exercitus ꝑterea cuilibet fortiſſimoꝝ militũ erat: quos demũ tribus magnis exercitibus fidẽtes: ſingulari ꝓuocatione Hercules ſuſtulit. gregeſq; boum ſecum abduxit. Diodorus quoq; lib. v. ita ſcribit. Finxere aũt poetæ Gerionẽ eſſe tricorporẽ. Illiuſq; umbrã apud inferos eſſe. Horatius. Qui ter amplũ gerionẽ Tityõnq; triſti Cõpeſcit unda. Gerionẽ ſcribit Heſiodus filium fuiſſe pegaſi alati equi. Tergeminũq; canem. Cerberũ tricipitem ita appellatum: ꝙ carnẽ uoret: corpora enim humana fingit a poetis cõſumere: Lucanus. Qui uiſcera ſæuo Spargis nr̃a cani. Ponitur aũt a Vergilio Cerberus pro eo quod in nobis terrenũ ac ꝓpterea caducum eſt ideſt pro ſenſibus corporis. Natus aũt eſt (ut docet Heſiodus) ex Echidna: & Tiphaone ſimul cum Ortho cane Gerionis & Hydra: & Chimæra: habet cẽtũ capita. Ianitor eſt Plutonis: & cuiq; uenienti: cauda atq; auribus blanditur: ſed exire neminẽ patitur: ſiquidem in inſidiis collocatus: quẽcũq; extra ianuã offendit: deuorat. Alii nõ centũ capita: ſed tria dant: ut Maro: & Apuleius libro. vi. met. cuius uerba hæc ſunt. Canis nanq; ꝑgrandis triiugo & ſatis amplo capite ꝓditus: ĩmanis: & formidabilis comãtibus oblatrans faucibus mortuos: q̃bus iam nihil mali poteſt facere: fruſtra territãdo ante ipſum limen: & atra atria Proſerpinæ ſemꝑ excubãs: ſeruat uacuã Ditis domũ. Sphyngaq;. Sphynx (autore Plynio) Belua eſt pilo fuſco: geminis mãmis in pectore: quã ſola Aethiopia mittit. Pauſanias ſcribit Athenis fuiſſe Palladis ſimulacrũ ex auro & ebore: mediaq; eius galea Sphyngis ſpeciem appoſitã: dextra aũt & ſiniſtra Gryphes fuiſſe exculptos. Ferũt Shpyngẽ monſtrum iuxta thebas hoc ænigma hoſpitibus propoſuiſſe. Quis eẽt qui primũ quattuor pedibus incederet: mox duobus: demum tribus. Soluenti ꝓmittebat nuptias iocaſtæ: & thebarum regnũ. Neſciẽti ſoluere ex alto præcipitium denũciabat. Solus Oedipus dixit hominem eſſe: interpretatione Sphynx eodem ſe deiecit: unde multos præcipitauerat. Vnde apud Papiniũ ita inquit: Si Sphyngos iniquæ Callidus ambages te ꝑmonſtrante reſolui. Pauſanias tradit hanc fuiſſe filiam notham Laii: claſſeq; pugnaſſe aduerſum Oedipũ. Et harpyas. Heſiodus in Theogonia duas tantum dicit Harpyas fuiſſe ex Thaumante & electra natas: ſcilicet Aello & Ocypeten. Tertiam addidit Maro Celæno. Quartam nomine Thiellam addit Homerus. Sunt qui eas Neptuni & terræ filias fuiſſe ſcribant. Earũ formam ita deſcribit Vergilius. Triſtius haud illis mõſtrũ. nec ſæuior ulla Peſtis & irã deum ſtygiis ſeſe extulit undis. Virginei uolucrum uultus: fœdiſſima uentrix Proluuies: uncæq; manus: & pallida ſemper Ora fame. Serpentigeroſq; gigantes. Legit etiã ſerpentipedeſq; gigantes hoc eſt Gigantes: quoꝝ pedes in ſerpentum uolumina deſinebant. De quibus ita ſcribit Macrobius libro. vii.

Quadrupedeſq; hoĩes cũ pectore pectora iũctos
Tergeminũq; uirũ: tergeminũq; canẽ.
Sphyngaq; & harpyias ſerpẽtigeroſq; gigãtes

Centaurorum ac lapitharum origo

Lapithæ a lapitho appellati

Pirithous

Centauri nati ex nube

Hippocentauri

Cur cẽtauri bimembres

Centaurorum: & lapitharum pugna

Lapithæ non laphitæ

Gerion tergeminus

Chryſeus

Cur geriõ dicit fuiſſe tricorpor

Cerberus

Sphynx

Harpyæ

Gigantes

Gigãtes anguipedes — Gigantes autem quid aliud fuiſſe credendum eſt: q̃ hominum quandam impiam gentem deos negantẽ: & ideo exiſtimatam deos pellere de cœleſti ſede uoluiſſe: horum pedes in draconum uolumina deſinebãt quod ſignificat nihil eos rectum: nihil ſuperum excogitaſſe: totius uitæ eorũ greſſu atq; proceſſu in inferna mergente. Varro tamen(autore Seruio)dixit gigantum in diluuio aliquos confugiſſe in montes cum utenſilibus: qui bello poſtea laceſſiti ab his: qui de aliis ueniebant montibus: facile ex locis ſuperiorıbꝰ uicerunt: unde fictum eſt ut dii ſuperiores dicerentur. Inferiores uero terrigenæ. Et quia de humillimis ad ſumma reptabant: dicti ſunt pro pedibus habuiſſe ſerpẽtes. Ouidius libro triſtium.v. Terra feros partus immania mõſtra gigantes Edidit: auſuros in iouis ire domum. Mille manus illis dedit: & pro cruribus angues. Atq; ait in magnos arma mouete deos: & in primo met. Anguipedes gigantes appellat quum ait: Qua centum quiſq; parabãt Inicere anguipedũ captiuo brachia cœlo. Centimanumq; Gygẽ.

**Gyges** — Gyges(autore Heſiodo)cœli & terræ filiꝰ fuit: faterq; Briarei & Corti: quorum ſingulum centum manus habuiſſe dixit: & capita quinquaginta: fueruntq; omnium fortiſſimi atq; pulcherrimi.

**Titanes** — Hi titanes dicti ſunt: ac decẽnale bellum cum Saturni filiis geſſerunt: illi quidẽ ab Othry: hi ab Olympo monte impetũ fecerũt. Tãdem a diis uicti in tartara ſunt detruſi. Oratius. Nec ſi reſurgat centimanus gyges. Semibouemq; uirum. Minotaurum denotat natura duplici: nam uſq; ad humeros taurus: cætera homo fuit: de quo multa Diodorus & Seruius. Hæc cũcta. Hæc omnia fabuloſa. Mille põt cauſis. Ordo eſt. Lr̃a q̃ ſæpe miſſa ſit a te mille cauſis põt rara uenire in noſtras manus.

In Septimam Elegiam Enarratio.

IAm mea cygneas. Quĩquagenariꝰ poeta querit̃ ſe iam caneſcere in infœliciſſima regione eo tẽpore: quo frui debuiſſet patria: chariſſima cõiuge: amicis: patrimonio: aliiſq; rebus id genꝰ: quæ ſi olim a delphico oraculo: aut dodonæa columba futura accepiſſet: uana dicit ſe ea reſpõſa exiſtimaturum fuiſſe: clariſſimaq; ſn̄ia docet nihil tam ualidum eſſe: quod non ſubiaceat diuinæ uoluntati ac potentiæ. Poſtremo cæteros admonet: ut eius caſibus moniti Auguſtum: cuius potentia par eſt diis immortalibus demereantur. Cygneas plumas. Candidas plumas: quales ſunt cygnorum: ſe autẽ fatetur iam caneſcere.

**Canicies homini & equo** — Sane ſciendum Caniciem (autore Plynio)homini tantum & equis eſſe: ſed homini ſemper a priore pte capitis: tũ ab auerſa.

**Cur canicies a priori parte** — Eſt aũt caniciei cauſa inopia caloris: ſicut Caluitii inopia humoris calidi: ut docet Ariſtoteles libro quinto de generatione: & Albertus magnus ın.xviii. de animalibus. Scribit etiam Diſarius apud Macrobium q; pars anterior capitis humidior occipitio eſt. Qui capite ſicciore ſunt: tarde caneſcunt: cito tamẽ in caluitiem tranſeunt.

**Canicies unde** — Contra illis fit cita canicies: quorum capilli nutriuntur humore: quod φλεγμα uocitat̃:

**Cur cani albi** — nam ideo albi ſunt cani: quia colorem humoris quo nutriũtur: imitantur. Mea tempora. Meum caput. Inficit. Tingit. Alba ſenecta. Senecta quæ facit homines canos. Ferre me. Ire incedere. Mihi parum firmo: Mihi debili: quum propter ætatem: tum in primis propter mala in quibus uerſor aſſidue. Dominæ. Vxoris. In caua ducuntur. Nauium exemplo: quæ longa nauigatione procellis agitatæ in naualibꝰ reponuntur: ſe ſenem dicit placida quiete utí debuiſſe. Diſſoluantur. Notanda eſt Diæreſis figura: qua frequenter utũtur poetæ. Ne cadat. Equum quoq; dicit olim multas uictorias in curuli certamine adeptum ſenem finem labori imponere: & languidum in pratis depaſci & quieſcere: quam rẽ etiã Oratius in epiſtolis ita ſcribit. Solue ſeneſcentem mature ſanus equum: ne Peccet ad extremum ridendus: & ilia ducat. Emeritis armis. Armis eorum qui militia perfuncti ſunt.

Centimanumq; gygen: ſemibouẽq; uirum.
Hæc ego cũcta prius: quã te chariſſime credã
Mutatum curam depoſuiſſe mei.
Innumeri montes inter me teq; uiæq;
Fluminaq; & cãpi: nec freta pauca iacent.
Mille poteſt cauſis a te quæ littera ſæpe.
Miſſa ſit: in noſtras rara uenire manus.
Mille tamẽ cauſas ſcribendo uince frequẽter:
Excuſem ne te ſemper amice mihi.

IAm mea cygneas imitat̃ tpa plumas
Inficit & nigras alba ſenecta comas.
Iam ſubeũt ãni fragiles & iertior ętas
Iamq; parũ firmo me mihi ferre graue eſt.
Nunc erat ut poſito deberem fine laborum.
Viuere me nullo ſollicitante metu.
Quæq; meæ ſemp placuerunt ocia menti
Carpere: & in ſtudiis molliter eſſe meis.
Et paruã celabrare domũ: patrioſq; penates:
Et quæ nunc domino rura paterna carent.
Inq; ſinu dominæ chariſq; ſodalibus inq;.
Securus patria conſenuiſſe mea.
Hæc mea ſic quondã peragi ſperauerat ætas
Hos ego ſic annos ponere dignus eram.
Non ita diis uiſum eſt: qui me terraq; mariq;
Actum ſarmaticis expoſuere locis.
In caua ducuntur quaſſæ naualia puppes.
Ne temere in mediis diſſoluantur aquis.
Ne cadat & multas palmas inhõeſtet adeptas
Lãguidus in pratis gramina carpit equus.
Miles ut emeritis non eſt ſatis utilis armis

Ponit

Ponit ad antiquos. Milites ſinguli perfuncti malitia donabantur ſeptenis: pluribuſue aliquando iugeribus terræ: quo poſſet reliquũ uitæ tuto agere. Lucanus. Quæ rura dabunt: Quæ noſter ueteranus aret quæ mœnia feſſis. Solebant auté quum a militia diſcederent: arma alicui deo ſuſpendere: quam rem nõ modo milites faciebãt: ſed etiam gladiatores: quem morem deſignat Oratius in epiſtolis eo uerſu. Veianius armis Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro. Ad antiquos lares. Ad ueteres deos. Tarda ſenecta. Tardam ab effectu ſenectuté appellat: ꝙ reddat hominos tardos. Donari iam rude. Rudis (autore Priſciano libro. vii.) uirga erat: qua donati gladiatores a gladiatura ceſſabant. Nã igrauеſcente ætate nõ cogebãtur amplius pugnare: ſed donati rude quieſcebãt: ut docet Oratius: & Iuuenalis: Martialis. Vt nõdum credas me meruiſſe rudé. Peregrinũ ducere cœlũ. Viuere in peregrina regione. Siccã ſitim. Sitim quæ ſitientes ſiccos facit. Getico fonte. Getica aqua. Vacuos. Spatioſos: uel certe carétes me domino. Fata repugnarũt. Dii noluerũt: ut ſenex quieſceré. Grauant poſteriora. Grauia & moleſta faciunt tépora hæc: quæ illa prima mollia ſubſecuta ſunt. Decé luſtris. Quĩquaginta annis. Luſtrũ auté (ut docet Varro) nominatũ eſt tépus quinquennale: a luendo. i. ſoluendo: ꝙ quinto quoqꝫ anno uectigalia: & ultro tributa per cenſores perſoluebant. Scribit Põpeius. Luſtra eé in ſiluis aproꝝ cubilia: a qua ſimilitudine hi qui in locis abditis & ſordidis uentri & deſidiæ operã dant: dicuntur in luſtris uitã agere. Luſtrum etiã ſignificat nunc tépus quinquennale: nunc populi luſtrationé. Seruius ſcribit luſtrũ quinquennium eſſe: ſic dictũ ꝙ poſt quinquennium unaquæque ciuitas luſtrabatur. Scribit etiã Cenſorinus a Seruio inſtitutũ: ut quinto quoqꝫ anno cenſu ciuiũ habito luſtrum conderetur. Parte pmor uitæ deteriore meæ. Aetas enim poſt annũ qnquageſimum ſolet eſſe deterior ea ratione: ꝙ cor ĩ hoíe pſingulos annos ad binas drachmas ponderis ad quinquageſimũ annũ accedit: ab eo detrahitur tantundem: & ideo non uiuere hominem ultra centeſimũ annum defectu cordis ægyptii exiſtimant: autor Plynius. Rettulit etiã Varro (quod Dioſcorides aſtrologus ſcripſit) Alexandriæ inter eos qui mortuos ſolent conſeruare: hominem plus centum annis uiuere non poſſe: Id cor humanum declarare eorũ qui integri perierint ſine corporis tabe. Ideo ꝙ multis annis pepédit cor hominis incrementa ætatis & diminutiones conſeruent: & anniculi pendere duas drachmas: Bini quattuor: & ſic in annos ſingulos uſque ad. l. accedere binas: ab his. c. drachmis atqꝫ anno. l. Item decedere in unoquoqꝫ binas: ex quo perſpicuũ ſit centeſimo anno redire ad anni primi pondus: nec longius poſſe producere. Nec procul a metis. Nec longe a ſenectute mea: & a tempore quo ſperabam quietem. Curriculo meo. Meo curſu ad ipſas metas. Eſt autem ſumpta metaphora a curuli certamine. Illum. Auguſtum. ſ. Eſt uicta. Quia maius fuit ſcelus meum: q̃ Auguſti clementia. Sub axe boreo. Sub ſeptentrionali plaga: unde flat boreas. Legitur etiam ſub axe bootes. Qua maris euxini. Nam ex Aegæo mari in Euxinum uenientibus: ſiniſtra parte eſt geticum littus: ubi erat Ouidius. Hæc mihi ſi delphos. Templum Apollinis delphis poſitum fuit in monte Pernaſo in rupe undiqꝫ impendente. Ibi ciuitatem frequentia hominum facit: qui ad affirmationem maieſtatis undiqꝫ concurrentes in eo ſaxo conſendere: atqꝫ ita templum ciuitatemqꝫ non muri: ſed præcipitia: nec manufacta: ſed naturalia preſidia defendunt: prorſus ut incertum ſit: utrum munimétum loci an maieſtas dei plus his admirationis habeat: Media ſaxi rupes in formam theatri receſſit: q̃obré & hoíum clamor & ſi ipſi accidit tubaꝝ ſonus pſonãtib⁹ & reſonãtib⁹ iter ſe rupib⁹. & multiplex audiri: amplioꝛqꝫ q̃ editur reſonare ſolet: quæ res maiorem maieſtatis terrorem ignaris rei admirationem ſtupentibus plærunqꝫ affert. In hoc rupis anfractu media ferme rupis altitudine planicies exigua eſt: atqꝫ in ea profundum terræ foramen: quod in oracula patet. Ex quo frigidus ſpiritus in quodam uelut uento in ſublime expulſus mentes uatum in uerecordiam uertit: impletaſqꝫ deo reſponſa conſulentibus dare cogit. Multa igitur & opulenta regum populorumqꝫ uiſuntur munera: quæque magnificentia ſui reddentium uota gratã uoluntaté: & deorũ reſponſa manifeſtant. Hæc Iuſtinus libro uigeſimo quarto. De oraculo Apollinis Delphici: de quo hic poeta intelligit.

Ponit ad antiquos quæ tulit arma lares.
Sic igitur tarda uires adimente ſenecta
Me quoqꝫ donari iam rude tempus erat.
Tempus erat nec me peregrinũ ducere cœlũ
Nec ſiccam getico fonte leuare ſitim.
Sed mõ quos habui uacuos ſecedere ĩ hortos
Nunc hominũ uiſu rurſus & urbe frui.
Sic animo quondam non diuinante futura
Optabam placide uiuere poſſe ſenex.
Fata repugnarunt: quæ cũ mihi tépora prima
Mollia præbuerint poſteriora grauant
Iamqꝫ decem luſtris omni ſine labe peractis
Parte premor uitæ deteriore meæ.
Nec procul a metis quas pene tenere uidebar
Curriculo grauis eſt facta ruina meo.
Ergo illum demens in me ſæuire coegi.
Mitius immenſus quo nihil orbis habet:
Ipſaqꝫ delictis uicta eſt clementia noſtris:
Nec tamen errori uita negata meo eſt.
Vita pcul patria peragenda ſub axe boreo eſt
Qua maris euxini terra ſiniſtra iacet.

Emeritoꝝ militũ præmia
Emeritoꝝ militũ mos
Rudis
Luſtrum
Cur homo non uiuit ultra. c. annum
Templum Apollinis delphici



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶ Dodonaq; diceret ipſa. De Dodoneo oraculo abunde diximus in enarratione eius uerſus ex ſecũdo libro de arte amandi. Hæc tibi non hominem ſed quercus crede pelaſgas Dicere. Repete quæ illic ſcripſimus. Eſſe uanus. Eſſe mendax. Rapido igne iouis. Rapido fulmine telo & ira Auguſti. Supraq; pericula. Altius omnibus periculis: ad eo ut nulli eorum ſubiectum uideatur. Vitio. Proprio crimine. Eſt contracta. Eſt accepta: acquiſita. Emeruiſſe. Pro demeruiſſe: ideſt conciliaſſe: hoc eſt Auguſtum diis parem: ne uobis noceat meo exemplo cõciliate aliquo officio: uel emeruiſſe ſcilicet ut ſuperos æquaret: uel certe tanquã milites emeriti militiã relinquũt ſic uos Auguſtũ relinquite: nam dixit plus tamen exitii numinis ira dedit.

Hæc mihi ſi delphos dodonaq; diceret ipſa:
Eſſe uideretur uanus uterq; locus.
Nil adeo ualidũ eſt: adamas licet alliget illud
Vt maneat rapido firmius igne iouis.
Nil ita ſublime eſt: ſupraq; pericula tendit:
Non ſit ut inferius ſuppoſitumq; deo.
Nam quãq̃ uitio pars eſt contracta malorum
Plus tamen exitii numinis ira dedit.
Ad uos admoniti noſtris quoq; caſibus eſte.
Aequantem ſuperos emeruiſſe uiꝝ. (bo

In Octauam Elegiam Enarratio.

SI licet & pateris nomẽ facinuſq; tace
Et tua lethæis facta dabuntur aquis
Nr̃aq; uĩcet lachrymis clemẽtia ſeris
Fac modo te pateat pœnituiſſe tui.
Fac modo te damnes: cupiaſq; eradere uitæ
Tempora ſi poſſis tiſiphonea tuæ
Si minus & flagrant odio tua pectora noſtro
Induet infœlix arma coacta dolor.
Sim licet extremũ: ſicut ſum: miſſus in orbem
Noſtra ſuas iſto porriget ira manus.
Omnia ſi neſcis cæſar mihi iura reliquit.
Et ſola eſt patria pœna carere mea.
Et patriam: modo ſit ſoſpes ſperamus ab illo.
Sæpe iouis telo quercus aduſta uiret.
Deniq; uindictæ ſi ſit mihi nulla facultas:
Pierides uires & ſua tela dabunt.
Vt ſcythicis habitem longe ſummotus ĩ oris:
Siccaq; ſint oculis proxima ſigna meis.
Noſtra per immenſas ibunt præconia gẽtes.
Quotue querar notũ qua patet orbis erit.
Ibit in occaſum quicquid dicetur ab ortu.
Teſtis & heſperiæ uocis eous erit.
Trans ego tellurem trans altas audiar undas
Et gemitus uox eſt magna futura mei.

SI licet & pateris. Inimico minat̃ poeta ſe in eum ſcripturũ: ni eũ pœnituerit inimicitiarũ. Si licet. Si fas eſt per te. Et pateris. Et ſuſtines tacere deponendo inimicitias. Nomen facinuſq;. Duo dicit ſe ſilẽtio præteriturũ: nomen ſcilicet eius: q̃ eum læſit: & ſcelus admiſſum. Hũc aũt eũ eſſe opinor. de quo etiã ſuppreſſo noĩe queſtus eſt ſuperius: Poetã.n. relegatũ inſequebat̃ nõ modo cõuitio & maledicẽtia ſed (ut arbitror) etiã uolebat adimi eius bona ab Auguſto: ut exulibꝰ fieri ſolebat: ſolicitabatq; etiã eius uxorẽ: in quem tandem carminis acerbitate uſus eſt: & Callimachi imitatione eum Ibim appellauit. Lethæis aquis. Obliuioni. Eſt.n. Lethe obliuionis fluuius iſerni. Omnia enĩ illa flumina: quæ illic eſſe dicunt poetæ: in nobis ſũt: nihil enĩ aliud Letheus præter errorẽ animæ obliuiſcẽtis maieſtatẽ uitæ prioris: quã anteq̃ in corpus truderet̃: potita eſt. Similiter phlegetõta ardores iraꝝ & cupiditatum putarũt. Acherõtẽ q̇cq̇d feciſſe: dixiſſeq; uſq; ad triſtitiã humanæ uarietatis more nos pœnitet. Cocytũ quicq̇d hoĩes in luctum lachrymaſq; cõpellit: Stygem quicquid iter ſe humanos animos in gurgite mergit odiorũ: autor Macrobius. Tua facta. Tui ĩ me conatꝰ. Seris lachrymis. Dolore tuo quãuis tardo. Pœnituiſſe tui. Pœnituiſſe eius: quod ĩ me feciſti.

Lethe
Flumina inferni in nobis

Phlegeton
Acheron
Cocytus
Styx

Eradere. Delere. Tẽpora tiſiphonea. Tẽpora flagitioſa furialia & nocẽtia.i. cupias nõ dici meo uerſu ſemp̄ flagitiis operam dediſſe: & nocuiſſe: ut Teſiphone furia: quã ita in met. deſcribit Ouidius. Nec mora Tiſiphone madefactã ſanguine ſumit Importuna facẽ: fluidoq; cruore rubentẽ Induitur pallã. tutoq; accingit̃ angue Egrediturq; domo: luctus comitat̃ eũtẽ. Et pauor: & terror trepidoq; inſania uultu. Et Statius. Suffuſa ueneno Tẽdit̃: ac ſanie gliſcit cutis: igneus atro Ore uapor: quo longa ſitis: morbiq; fameſq;. Et populis mors una uenit. Tiſiphone autem dicta eſt quaſi mortis ultio: q̇ dr̃ græce τισιφονοσ. Si minus. Subaudite damnaueris: aut tui pœnituerit. Odio noſtro. Odio quo nos inſequeris. Arma coacta. Arma hominis coacti ad propulſandam iniuriam. Omnia iuria. Omnia iura q̇bus exules puniebantur. Vindictæ. Vt te ulciſcar. Siccaq; ſint oculis proxima ſigna. Per ſigna intelligit Vrſam maiorem & minorem: quibus ſeptentrionem deſignat. Sicca autem appellantur propter aquilonem. Noſtra præconia. Noſtra carmina quibus aliquem laudamus. Quod querar. Quod carmine inſectabor. Ibit ab ortu in occaſum. Ab oriente in occidentem penetrabit. Vocis heſperiæ. Carminis latini. Et uox mei gemitus. Et uox meæ querelæ & doloris.

Tiſiphone



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

❡ Te ſontem. Te nocentem. Eris crimen. Eris criminatio: ſeu criminoſus. Cornua: Arma: uires. Circus adhuc ceſſat. Nondum taurus in circo iritať. Effigies enim hominū (autore Pediano) ex fœno fieri ſolebant: quibus obiectis ad ſpectaculum præbēdum tauri iritarentur: poſtea ita luxus inoleuit: ut phœniciis ueſtibus poſtea uſi fuerit: id qđ ita docet Ouidius in met. Haud ſecꝰ exarſit q̄ circo taurus apro: Quū ſua terribili petit iritamina cornu Phœnicias ueſtes eluſaq̀ꝫ uulnera ſentit: & Martialis: Qui modo ꝑ totam flammis ſtimulatus harenam Suſtulerat raptas taurus in aſtra pilas. Spargit tamē acer harenā Taurus. Tamē ſeſe Taurus paulatim ad pugnā accēdit: q̄bus uerbis inimico idem minatur ſe facere. Hoc quoq̀ꝫ q̄ uolui plus eſt. Pluribꝰ iquit q̄ uolebā minatus ſum. Cane muſa receptus. Receptus ſeu receptui canere dicimꝰ: quū tubæ ſigno exercitus e ꝓlio reuocať a recipio uerbo qđ eſt reduco declinatum: Poeta quoq̀ꝫ ꝑ ſilitudinē dř canere receptus: quū definit ſcribere: q̄ſi īgenii uires: & muſas domū reducat. Dū licet huic. Quouſq̀ꝫ maledico licet eiꝰ nomē diſſimulař nō lædēdo me ulteriꝰ

Effigies q̄bus tauri iritabanť.

Receptui canere

Neu tua te ſontē tantūmodo ſæcula norint:
Perpetuæ crimen poſteritatis eris.
Iam feror in pugnas & nondū cornua ſūpſi.
Nec mihi ſumēdi cauſa ſit ulla uelim.
Circus adhuc ceſſat: ſpargit tñ acer arenam
Taurus & infeſto iam pede pulſat humum.
Hoc quoq̀ꝫ q̄ uolui plus ē cane muſa receptꝰ
Dum licet huic nomē diſſimulare ſuum.

í Lle ego: q fuerā teneroꝝ luſor amoꝝ
Q uē legis ut noris accipe poſteritas
Sulmo mihi pria eſt gelidis uberrimus undis
Milia qui nouies diſtat ab urbe decē.
Editus hinc ego ſum: nec nō ut tēpora noris:
Cum cecidit fato conſul uterq̀ꝫ pari.
Siq̄s & a ꝓauis uſq̀ꝫ eſt uetus ordinis hæres
Non modo fortunæ munere factus eques
Nec ſtirps pria fui genito ſum fratre creatus
Q ui tribus añ quater mēſibus ortus erat.
Lucifer amborum natalibus affluit idē.
Vna celebrata eſt ꝑ duo liba dies.

In Nonam Elegiam Enarratio.

Ille ego qui fueram. Lectorem docet q̄ patria: q̄bus cōſulibus natus ſit. Deniq̀ꝫ totā eius uitā paucis ꝑſcribit: Poſtremo eius exilii mala cōmemorat: quoꝝ magnitudinē dicit ſe muſis cōſol ari: & illis acqeſcere. Ille ego. Subaudi ſum. Qui fuerā luſor. Qui fuerā ſcriptor Ludere eni ſcribere eſt. Verg. Ludere q̄ uellē calama ꝑmiſit agreſti. Teneroꝝ amoꝝ. Teneroꝝ cupidinū. Nā Venerē nō mō Cupido ſed alii etiā eius uernæ comitanť: q oēs cupidines appellanť: & amores. Catullus. Lugere o ueneres cupidineſq̀ꝫ. Et Papinius. Ipſi errantis amores. Et Venus apud Apuleiū ita cupidinē alloq̄tur. Immo ut cōtumeliam magis ſentias: ſcias aliquē de meis optatuꝝ uernulis: eiq̀ꝫ donatuꝝ iſtas pīnas: & flāmas & arcū & ipſas ſagittas: & oēm meā ſuppellectilē: aut certe ītellige duos illos cupidines. Alteꝝ ex Mercurio & Venere ſecūda: alteꝝ ex Marte: & Venere tertia natū: Nā tertius cupido: quē Cicero in tertio de natura deoꝝ primū appellat: Mercurio & Diana prima natus dř: Hic aūt Ouidius ſignificat ſe ſcripſiſſe quū alia: tū in primis libros de amoribus & ꝓcepta amatoria. Quē legis. Ordo eſt o poſteritas accipe. i. ītellige: ut noris quē legis. Sulmo mihi patria eſt. Sulmo oppidū fuit peliginæ regiōis diſtās ab urbe milibus paſſuū. xc. ea aūt urbs nomē accepit a Solymo troiano Aeneæ comite: qui illā fundaſſe diciť. Ouid. ī faſtis. Huius erat Solymus phrygia comes ab Ida. A quo Sulmōis mœnia nomē hñt: Sulmonis gelidi patriæ germanicæ noſtræ. Me miſeꝝ ſcythico q̄ ꝓcul illa ſolo eſt. Et Siliꝰ lib. nono. Huic domus & gemini fuerāt ſulmōe relicti Matris ī uberibus nati Mācinus: & una Hoīe thoeteo ſolymus: nā dardana origo: Et phrygio genus a ꝓauo: q ſceptra ſecutus Aeneæ clarā muris fundauerat urbē. Ex ſeſe dictā ſolymon, celebrata colonis. Mox italis paulatim attrito noīe ſulmo. Gelidis undis. Frigidiſſimis aq̄s. Nouies decē milia. Nonagīta milia paſſuū. Nec nō. Inſup ſubaudi ſum editus. Quū cecidit fato cōſul uterq̀ꝫ pari. Hircium: & Panſam conſules deſignat: qui apud Mutinā pugnantes contra Antonium po. ro. hoſtem iudicatum ceciderunt. Nam Panſa in prælio ſagitta per ilia confoſſus Bononiam delatus eſt: quo ex uulnere periit. At Hircius in Antonii exercitum ulterius progreſſus: dum ad prætoria caſtra depugnaret: tandem confoſſus in bello cecidit: quoꝝ corpora funereis adornata donis Auguſtus romā: ut humarentur: deferri iuſſit: Autor Appianus. Si q̄d & a ꝓauis. Ordo eſt. Et ſum factus eques non modo munere fortunæ. Si uetus hæres ordinis uſq̀ꝫ a proauis eſt aliquid: Legiť & Siquis & a ꝓauis. Non modo munere fortunæ. Non modo diuitiis: quæ ſunt bona fortunæ: qui enim quadringenta ſeſtertia poſſidebant: equeſtri dignitate donabanť: &. xiiii. ordinibus in theatro ſpectādi gratia ſedebant. Martialis lib. quinto. Quadringenta tibi non ſunt chereſtrate ſurge. Et Iuuenalis. Sed quinq̀ꝫ tabernæ Quadringenta parant. In Liuii etiam. Epitomate libro nonageſimo nono ita legimus. L. Roſcius Trib. plæb. legem tulit ut equitibus romanis in theatro. xiiii. gradus proximi aſſignarenť. Oſtendit ergo Ouidius ſe ab equeſtri familia oriundum: eq̄tem quoq̀ꝫ eſſe quū cenſūm equeſtrē poſſideat. Genito fratre. Fratre ante me nato. Quater tribus menſibus ante. Duodecim mēſibus hoc eſt anno ante me. Idem lucifer. Idem dies. Per duo liba. Per duos natalitios dies: de Libis diximns ſupra.

Cupidines

Cupidines tres

Sulmo

Hircius & Panſa

Equitum cenſus



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Hæc eſt armigeræ feſtis de quinqꝫ mineruæ
 Quæ fieri pugna prima cruenta ſolet.
Protinus excolimur teneri: curaqꝫ parentis:
 Imus ad inſignes urbis ab arte uiros.
Frater ad eloquium uiridi tendebat ab æuo.
 Fortia uerboſi natus ad arma fori;
At mihi iam puero cæleſtia ſacra placebant:
 Inqꝫ ſuum furtim muſa trahebat opus.
Sæpe pater dixit: ſtudium quid inutile tẽtas?
 Meonides nullas ipſe reliquit opes.
Motus eram dictis totoqꝫ helicone relicto
 Scribere conabar uerba ſoluta modis.
Spõte ſua carmẽ numeros ueniebat ad aptos
 Et quod tentabam ſcribere uerſus erat.
Interea tacito paſſu labentibus annis.
 Liberior fratri ſumpta mihiqꝫ toga eſt.
Induiturqꝫ humeros cũ lato purpura clauo.

Quinquatria mineruæ

Hæc. Scilicet dies. Armigeræ feſtis de qnqꝫ Mineruæ. Secundum diem ex quinqꝫ Mineruæ conſecratis deſignat. Prima enim die ludi gladiatorii ut ſequentibus diebus non exhibebantur. Ouidius in faſtis. Vna dies media eſt: fiunt quum ſacra Mineruæ. Nomina quæ a iũctis quinqꝫ diebus habẽt. Sanguine prima uacat: nec fas concurrere ferro. Cauſa ꝙ eſt illa nata minerua die. Altera treſqꝫ ſup ſtrata celebrãtur harena Enſibus exertis bellica læta dea eſt. Fuere autem quinquatria mineruæ feſta. xiii. calẽdas Aprilis hoc eſt. xx. die Martii dicta (autore Pompeio) a quinquatro die ꝙ poſt diem quintum celebrent: ut Triatrus: Sexatrus: & ſimilia: Primus enim dies qnquatruũ qntus poſt idus inuenitur. Varro etiã ita ſcribit. Quinquatrus hic dies unus ab nominis errore obſeruat. Proinde ut ſint qnqꝫ dictꝰ ut ab Tuſculanis poſt diẽ qntũ qnquatrus. Alii a qnqꝫ & atro Quinquatrus uolũt nomẽ accepiſſe: ꝙ primum qnqꝫ feſtorum mineruæ. Quintũ ab atro die ſit: qui poſt idus inuenit: quoꝝ opiniones refellit Gelius ſcribẽs dictas Quinquatrus: ꝙ qnqꝫ ab idibus dierũ numerus ſit. Atrus uero nihil ſignificare: eſſe tãtũ nominis ſupplementũ. Alii a qnqꝫ dieꝝ numero dici putãt: ꝙ Pallas a romanis hoc tpe nõ uno tantũ die colebat: ſed qnqꝫ cõiunctis. Illud notandũ

Quinquatres
Quinquatrus
Quinquatria

Quinquatres qnquatrium uirili genere dici: ut docet Priſcianus; & Quĩquatrus fœminino genere: & Quinquatria neutro. Excolimur teneri. Ornamur puerilibus ſtudiis & grãmatica in patria. Ad inſignes uiros urbis. Ad claros hoĩes qui Romæ docebant. Ab arte. Poſt p̄cepta artis grãmaticæ. Sunt qui legãt ab arce: hoc eſt a patria Sulmone. Ad arma fortia. Ad magnas diſceptationes cauſaꝝ iudicialium. Meonides. Homerus. Verba ſoluta. Proſaicã orationẽ. Ad aptos numeros. Ad rhythmos carmini conuenientes. Liberior toga. Togã uirilem deſignat: quam nobiles adoleſcentes apud romanos ſumebãt i feſto Liberi pr̃is depoſita p̄texta.

Toga uirilis
Togæ mẽſura
Toga prætexta
Cur toga liberior

Ea ad calceos uſqꝫ dimittebat: ſicut a græcis Palliũ autore Fabio: quis Plynius ſecũdus ſcripſerit id Ciceronẽ facere ſolitũ uelãdaꝝ uaricũ gratia eius mẽſurã iuſtã ſex ulnatũ fuiſſe docet Porphyrio. Maro (autore Seruio) Virilẽ togã iduit: quũ eſſet annoꝝ. xvii. Illud notã dũ pueros anteq̃ uirilẽ ſumerẽt togã: quã a tegẽdo dictã ſcribit Varro: uſos fuiſſe alios p̄texta tantũ: atqꝫ hi quoꝝ patres curulẽ magiſtratum geſſiſſent: ut eſt autor Macrobius. Liberiorẽ aũt togã appellat: qa q̃ eã induiſſent: nõ amplius erãt ſub pædagogorũ cura: ſed liberius uiuẽdi erat poteſtas. Perſius. Quũ blãdi comites: totaqꝫ impune ſuburra permiſit ſparſiſſe oculos. Papinius. Quẽ nõ corrũpit pubes effræna: nouæqꝫ libertas ꝓperata togæ: & Propertius. Ante deos libera ſumpta toga es. Sumebãt aũt pueri uirilẽ togã in feſto Liberi patris ob ætatis cõueniẽtiã: quæ pueris eſt iã maturis togæ ſumẽdæ cũ hoc deo: cuius ætas media dr̃ inter pueritiã & iuuẽtã: uel ut cõmẽdarentur a parẽtibus Libero: quem romani patrẽ uocãt: ut quos pædagogi cura deſtituit: numinis tutela ſuſciperet: uel ꝙ liberioris uitæ iter ingrederetur: uel ut adoleſcẽtiũ frequentia ludis liberalibus non deeſſet: quum ad eos multi non religione: ſed togæ ſumendæ ſtudio cõuenirẽt. ut in faſtis elegantiſſime exequitur Ouidius.

Cur toga liberalibꝰ ſumebatur

Cum lato purpura clauo. Lato clauo ueſte utebantur & nobiliores & ſenatores: q ab ea Laticlaui appellabant. Vnde Trãquillus ſcribit Neronẽ a quodam Laticlauo: cuius uxorem attrectauerat: prope ad necem cæſum. Oratius in primo ſermonum per Latum clauum ſenatorẽ deſignat eo uerſu. Et latũ demiſit pectore clauum: & paulo poſt Ouidius. Claui menſura coacta eſt: & Martialis. Dũ te poſſe negas niſi lato Gelia clauo nubere: nupſiſti Gellia ciſtifero. Scribit Plynius latiore clauo Tullum hoſtilium e regibus primũ uſum Hetruſcis deuictis. Strabo lib. iii. eſt autor. Baleares primos mortalium Latum clauum induiſſe. Silius lib. iii. ſcribit Herculis quoqꝫ ſacerdotes induiſſe Latum clauum. Eſt autẽ appellatus Latus clauus a textura: uelut quibuſdã clauis diſtinctus. Martialis. Et lato uariata mappa clauo. Et plynius. Tunicam Lati claui in modum gauſape texi ceptam ſcribit. Hic ergo Ouidius ꝑ purpurã cum Lato clauo: ideſt cum eo genere texturæ nõ ueſtem ſenatoriam deſignat: ſed togam uirilem: quam poſt p̄textã ſumebant nobiliores adoleſcentes: quam enim ſuperius liberiorem togam noĩauit: hic Lato clauo tunicam purpureã appellat. Et Liuius ſcribit patres munera q̃ legati ferrent Maſaniſſæ decreuiſſe Sagula purpurea duo cũ fibulis aureis: ſingulis: & Lato clauo tunicis: Scribit ẽt plyniꝰ: purpuræ uſum romæ ſemp fuiſſe: ſed Romulo in Trabea & Tullo Hoſtilio toga prætexta & latiore clauo: Tranquillus in Auguſto de lato clauo ita inquit: Sumenti uirilem togã Tunica lati claui reſuta ex utraqꝫ parte ad pedes decidit: fuerũt qui iterp̄tarent nõ aliud ſignificare: q̃ ut is ordo: cuius iſigne id eſſet qñqꝫ ei ſubiiceretur.

Latꝰ clauꝰ
Qui primꝰ uſus ẽ lato clauo
Lati claui appellatio unde

Tunica

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Tunica autem a Tunico:ideſt ueſtio dicta. Veſtimentū erat ſine manicis:ut docet Marcellus. Vergilius. Et tunicæ manicas:& habēt redimicula mitræ:& Varro. Tunicam dimiſſam habet ad talos. Ennius. Carthaginenſium tunicam iuuentutem uoluit dicere. Et ſtudium nobis. Poeticam artem intelligit:cui dixit ſe a pueritia deditum fuiſſe. Parte mei. Fratre ipſo:frater enim quum fere alter ſit iure pars fratris appellatur. Primos honores. Magiſtratus qui primo adoleſcentibus dabanť:ut Aedilitas:Quæſtura:Triumuiratus:cæteriq́ qui minores dicebať. De tribus uiris. De tribus uiris capitalibus:qui Romæ creabanť:quoꝝ meminit Varro his uerbis. Quæſtores a quærēdo:q́ cōquirerent publicas pecunias & maleficia:q́ triumuiri capitales nūc congrunt. Curia reſtabat. Reſtabat ut ſenator fieré. De duoꝝ aūt generum curia alibi diximus. Mēſura claui. Mēſura ueſtis ſenatoriæ per quā ſenatoriā deſignat dignitaté. Eſt coacta. Eſt reſtricta:uel collecta:& cogitatiōe cōplexa:hoc eſt cœpi meriti: ſenatoriā dignitaté. Illud onus. Ille labor ſenatoriæ dignitatis. Erā fuxax. Fugabam. Solicitæ ambitionis. Ambitionis quæ reddit hominem ſolicitum. Quæq́ nocet ſerpés. Aemylius Macer poeta ueronenſis herbas:ſerpētes:& uolucres carmine cōplexus eſt:qui(ut ſcribit Euſebius) xxx.olympiade in Aſia periit. Suos ignes:ſuos amores:quos carmine decantauit. Ponticus heroo. Pōticus poeta heroico carmine thebanum bellum ſcripſit. Clarus fuit Propertii tépore:ad qué ille cauſa elegiā ſcripſit. Quum tibi cadmeæ dicūtur pōtice thebæ. Armaque fraternæ triſtitia militiæ. Battus quoq́ clarus iābis. De Batto qué poeta iambo ſcripſiſſe dicit:nihil unquā legi. Bœthi autem ſed mali poetæ meminit Strabo lib.xiiii. Oratius numeroſus. Oratius optimus poeta uel a copia:uel ab elegātia numeroꝝ ideſt carminum dictus. Dū ferit. Dū plectro chordas feriendo cantat:hoc eſt dū pariter ſonat lyra & cantat carmina. Nec auara fata. Nec deoꝝ uolūtates quas ideo auaras appellat: quoniam celerius Tibullum rapuerunt q́ fas erat:admodum enim iuuenis periit. Tēpus amicitiæ. Quia periit me puero: aut antequam poſſem eū uidere quum enim Romam e phæacia rediiſſet: defunctus eſt. Vnde extat Ouidii de eius morte elegia. Hic. Tibullus. Propertius illi. Propertius ſucceſſit Tibullo. Ab his. Poſt hos. Vtq́ ego maiores. Subaudi colui. Eſt facta nota. Eſt facta omnibus cognita. Non tarde. Non ſero:ſed me iuuene. Carmina iuuenilia. Libros de arte amādi a ſe iam iuuene editos potes intelligere: magis tamen placet: ut dicat libros de amoribus: de quibus fortaſſe etiam ſuperius intellexit eo carmie: Et mea ſunt populo cantata poemata ſæpe. Mouerat ingenium. Amor(ut docet Plato)poeta eſt adeo ſapiēs:ut alios quoq́ poetas poſſit efficere. Quilibet enim licet antea rudis poeta euadit:quum primum amor efflauerit:ex quo perſpicue cōiectare licet amorem peritum poetam eſſe omneſq́ ſummatim muſicos poeſis numeros continere: ex cuius ſententia Ouidius quoq́ hic oſtendit ab eo ſe ingenioſum factum. Sic etiam Propertius. Ingeniū nobis ipſa puella facit. Nomine non uero dicta Corinna mihi:De amica Ouidii: quam ipſe Corinnā appellauit:abunde diximus libro tertio de arte amandi in enarratione eius uerſus. Et multi quæ ſit noſtra Corinna rogant. Quum fugerem. Quum in exilium proficiſcerer.

Tunica

Quæſtores

Triūuiri capitales

Aemilius Macer

Ponticus poeta

Battus poeta

Oratius numeroſ⁹

Amor poetas facit

Eſt ſtudium nobis:quod fuit ante manet.
Iamq́ decem uitæ frater geminauerat annos
Cum perit & cœpi parte carere mei:
Cepimus & teneræ primos ætatis honores
Deq́ uiris quondam pars tribus una fui.
Curia reſtabat:claui menſura coacta eſt:
Maius erat noſtris uiribus illud onus.
Nec patiens corpus:nec mēs fuit apta labori:
Solicitæq́ fugax ambitionis eram.
Et petere aoniæ ſuadebant tuta ſorores
Ocia iudicio ſemper amata meo.
Temporis illius colui fouiq́ poetas:
Quotq́ aderant uates rebar adeſſe deos
Sæpe ſuas uolucres legit mihi grandior æuo:
Quæq́ nocet ſerpens:q́ iuuat herba macer
Sæpe ſuos ſolitus recitare propertius ignes.
Iure ſodalitii qui mihi iunctus erat.
Ponticus heroo:battus quoq́ clarus iambis
Dulcia conuinctus membra fuere mei.
Detinuit noſtras numeroſus horatius aures:
Dum ferit auſonia carmina culta lyra:
Vergilium uidi tantum:nec auara tibullo
Tempus amicitiæ fata dedere meæ.
Succeſſor fuit hic tibi galle:propertius illi:
Quartus ab his ſerie temporis ipſe fui.
Vtq́ ego maiores:ſic me coluere minores
Notaq́ non tarde facta thalia mea eſt.
Carmina quum primū populo iuuenilia legi:
Barba reſecta mihi biſue ſemelue fuit.
Mouerat ingenium totam cantata per urbem
Nomine non uero dicta corinna mihi.
Multa quidem ſcripſi:ſed quæ uitioſa putaui
Emendaturis ignibus ipſe dedi.
Tum quoq́ cū fugerē q̄dā placitura cremaui
Iratus ſtudio carminibuſq́ meis.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Molle cupidineis atq; expugnabile telis
Cor mihi quodq; leuis cã moueret erat.
Cum tamen hic eſſem nimioq; accéderer igni
Nomine ſub noſtro fabula nulla fuit.
Pene mihi puero nec digna nec utilis uxor
Eſt data: quæ tempus per breue nupta fuit.
Illi ſucceſſit quamuis ſine crimine coniunx:
Non tamẽ in noſtro firma futura toro.
Vltima: quæ mecum ſeros ꝑmanſit in annos.
Suſtinuit coniunx exulis eſſe uiri.
Filia me mea bis prima fœcunda iuuenta
Sed non ex uno coniuge fecit auum.
Et iam complerat genitor ſua fata: nouemq;
Addiderat luſtris altera luſtra nouem.
Non aliter fleui: q̃ me fleturus adéptum
Ille fuit: matri proxima buſta tuli.
Fœlices ambo tẽpeſtiueq; ſepulti
Ante diem pœnæ: quod periere meæ.
Me quoq; fœlicẽ: quod nõ uiuẽtibus illis
Sum miſer: & de me quod doluere nihil.
Si tamẽ extinctis aliquid niſi nomina reſtat
Et gracilis ſtructos effugit umbra rogos.
Fama parẽtales ſi uos mea contigit umbræ
Et ſunt in ſtygio crimina noſtra foro.
Scite ꝑcor cãm: nec uos mihi fallere fas eſt:
Errorẽ iuſſæ non ſcelus eſſe fugæ.
Manibus hoc ſatis ẽ: ad uos ſtudioſa reuertor
Pectora quæ uitæ quæritis acta meæ.
Iam mihi canicies pulſis melioribus annis
Venerat antiquas miſcueratq; comas.
Poſtq; meos ortus piſæa uinctus oliua
Abſtulerat decies præmia uictor eques.

¶ Qnum tamen hic eſſem. Quum tamen talis eſſem: ut cor meum molle eſſet. Nomĩe ſub noſtro. Hoc dicit nulla unquam de me fuit fabula: ꝙ notatus fuerim infamia. Filia me. Perilla. Bis fœcũda. Bis grauida. Sed non ex uno coniuge. Sed non ex uno marito: duos enim habuit. Genitor. Pater meus.
Iam complerat ſua fata. Iam perierat. Nouemq; addiderat Luſtris altera luſtra nouem. Hoc eſt ad nonageſimum annum peruenerat. Non aliter fleui. Non aliter mortuum patrem ploraui. Matri proxima buſta tuli. In eodem matris ſepulchro patrem condidi: Alii legunt matris: ut dicat poſt patrem etiam matrẽ extuliſſe: quod magis etiam placet. Sane buſtum ſignificat cadauer iam crematum. (Buſtum) Vergilius. Semiuſtaq; ſeruant Buſta idẽ illud reliquias appellauit. Funus uero eſt cadauer iã ardẽs: qđ dũ putaꝭ exequias dicimuꝛ. (Funus) (Exequiæ) Conditum uero iam ſepultũ: ut ſerui⁹ docet. (Conditum) Meæ pœnæ. Mei exilii. Extinctis. Hominib⁹ mortuis. Si tamen extinctis aliquid niſi nomina reſtat. Ordo eſt. Si tñ ſubaudi umbra reſtat. i. remanet extinctis aliqd: hoc eſt habẽtibus aliquid extinctũ ſcilicet corpus ipſum. Eſt autẽ per Synecdochen dictũ niſi nomina. Hoc dicit ſi mortuo corpore reſtat umbra & fama. Eſt autẽ mors (ut docet Plato) rerũ duarũ animæ ſcilicet: & corporis iuicẽ diſſolutio: corp⁹ mortale eſt: anima uero imortalis: remanent ergo ex homine duo tantũ nomẽ ſcilicet & anima. (Mors qd)
Vmbra gracilis. Tenuis umbra hoĩs. Effugit rogos ſtructos. Effugit ignem paratum. i. ſi anima cum corpore non crematꝛ. Vmbræ parẽtales. O animæ parentum meoꝝ. Sũt in ſtigio foro. Cognoſcuntur hominum ſcelera a iudicibus inferni: ut docet Maro: & Plato in Gorgia. Is. n. inducit Iouẽ Plutoni & curatoribus beatarum inſularum ita reſpondẽtẽ. (Iudices inferni) Ego igitur utpote qui ante uos hæc præuiderem conſtitui iam meos filios iudices: duos quidẽ ex Aſia Minoem uidelicet & Rhadamanthũ unum uero ex Europa Aeacum: hi ergo poſteaquam mortui fuerint iudicabunt in prato quodam: ibiq; in triuio ex quo geminæ portant uitæ: altera quidem ad tartarum: altera uero ad inſulas beatorum. Et aſiaticos quidẽ Rhadamanthus. Eos uero qui ab Europa uenĩẽt: Aeacus iudicabit: Minoi uero id munus iniungam: ut ipſe diiudicet ſi quid aliis ambiguum fuerit: ut iuſtiſſime procedat iudicium rectaq; fiat tranſmiſſio animarum. Cicero tamen in primo tuſculanarum quæſtionum. Triptolemum quartum inferni iudicem ponit. Cauſam. Relegationis meæ originem.
Manibus. Parentum umbris: quas hactenus allocutus ſum. Piſæa oliua. Oliua: qua apud Piſas coronabantur uictores in olympico certamine: ut alibi plura diximus. Victor eques. Olympionices: ideſt qui Olympia uiciſſet. (Olympionices) Decies abſtulerat præmia. Per decem præmia deſignat decem olympiadas: hoc eſt annos quinquaginta: nã ludi Olympici celebrabantur quinto quoque anno redeunte: ut docet Cenſorinus: magna hominum frequentia in Iouis Olympici honorem: idque tempus Olympiada appellabant. (Olympici ludi) (Olympias) Fuit autem Olympia (ut docet Strabo) Lucus oleaſtro ueſtitus iuxta flumen Alpheũ in agro Piſano ab Aelide ſtadiis minu. ccc. abſens: (Olympia) in quo ſtudium erat: ubi fuit templum Ioui Olympio dicatum: celebratumque ſcriptorum monumentis ante illud Olympiaca certamina agebantur magna totius græciæ celebritate. Ea Hercules inſtituit: Primuſque palmam reportauit. Herodotus libro octauo ſcribit arcades perfugas interroganti Xerxi qđnam præmium eſſet propoſitum in Olympico certamine: reſpondiſſe oleaginam coronam eſſe: qua donarentur: non enim pecuniarum certamen agitabãt: ſed uirtutis. (præmia eius qui Olympia uiciſſet) Vitruuius lib. nono ſcribit Olympioni-

cas non modo in conuentu ſtantes cum palma & corona tuliſſe laudes: ſed etiam quum reuerterentur in ſuas ciuitates cum uictoria triumphantes quadrigis inuectos fuiſſe: e reqꝫ publica perpetua uita conſtitutis uectigalibus uſos fuiſſe. Vnde a Solone etiam inſtitutum fuiſſe ſcribit Plutarchus ut dragmæ qngẽtæ dareutur ei qui Olympia uiciſſet: Herculem ſcribit Diodorus libro quinto elegiſſe clariſſimum atqꝫ optimum græciæ locum ad ſtatuenda certamina Olympica: concurſuſqꝫ hominum celebrandos: campos ſcilicet iuxta Alpheum flumen ſitos. Olympicum autem certamẽ (ut refert Herodotus) gymnicũ atqꝫ equeſtre fuit. Vnde ſuperius etiam poeta uictorem equitem dixit. Diodorus quoqꝫ docet Herculem inſtituiſſe Olympicum certamen: & equorum: & palæſtræ quod Ioui patri dedicauit coronatus: quoniam & ipſe quoqꝫ de hominum genere: atqꝫ præmio eſſet meritus. Illud ſciendum in Iouis olympici templo fuiſſe eius dei ſimulacrum ſolidum ex auro: picturas quoqꝫ plurimas mirabileſqꝫ: ut Strabo docet: ſed ante omnia ſigna fuit Iouis ſimulacrũ ex ebore Phidiæ athenieſis op⁹: cuius meminit Plynius libro trigeſimo quarto. Strabo ĩ octauo & Fabius in duodecimo. Ioſephus ſcribit illud non potuiſſe in romanam ciuitatem transferri architectis dicentibus ꝙ ſi illud moueretur ſimulacrum aliquod malũ poſſet accidere. Olympicum autem certamen: quod Hercules in honorem Ataui materni pelopis ediderat: intermiſſum Iphitus Elæus filius eius inſtaurauit. Solinus autor. Scribit Euſebius de temporib⁹ Aeſchylum atheninenſium iudicem ſecũdo anno primam olympiada actam: quod erat Agõ gymnicus in qua Choræbus Elieſis extitit uictor: Elioſqꝫ agere quinquẽnale certamẽ quattuor annis in medio expletis: in quibus principes annui conſtituuntur quattuor quã Olympiadem Iphitus filius Praxonidis: ſiue Aemõis primus cõſtituit. Quid referam. Hic relegationis etiam incommoda cõmemorat. Multa tuli. Multa mala paſſus ſum: dum Tomõ ꝓficiſcor. Succũbere malis. Malis ſubiacere: ex quo in aduerſis ſe fortem ſemper fuiſſe oſtendit. Suis uiribus. Propria fortitudine. Oblituſqꝫ mei. Et oblitus priſtinæ meæ tranquillitatis. Cœpi arma temporis. Cœpi tẽpori cedere & neceſſitati parere: ut uirum fortem decet: quod ſapientis ſemper fuiſſe Cicero eſt autor. Manu inſolita. Quia contra aduerſa pugnare nunq̃ didici aut aſſueui. Occultũ polum. Per occultum polum Auſtralem: per conſpicuum uero ſeptentrionalem intelligit. Vergilius. Hic uertex nobis ſemper ſublimis at illum Sub pedibus ſtyx atra uidet: maneſqꝫ profundi. Ora ſarmatis. Ora Sarmatiæ. Getis pharetratis. Getis ſagittiferis. Carmĩe. Carmina componendo. Leuo. Iminuo. Referantur. Recitentur carmina mea. Obſto. Reſiſto mea patiẽtia. Lucis ſolicitæ. Vitæ quæ me ſolicitum & anxiũ reddit. Subducis. Remoues. Ab iſtro. A Tomitana urbe iſtro flumini finitima. In medio helicone. In locis amœniſſimis. Quod rarum eſt. Quod raro accidit: ut uiuentes famam conſequantur. Ab exequiis. Poſt mortem. Detractat præſentia. Lacerat uiuentium opera. Iniquo dente. Detractione iniuſta. Fama maligna. Fama anguſta. Non ero tuus. Non ſepeliar: aut obliuioni tradar.

Pría olympias inſtituta

Cum maris euxini poſitos ad leua tomitas
  Quærere me læſi principis ira iubet.
Cauſa meæ cũctis nimium quoqꝫ nota ruinæ
  Inditio non eſt teſtificanda meo.
Quid referã cõitũqꝫ nephas? famuloſqꝫ nocẽtes?
  Ipſeqꝫ multa tuli non leuiora fuga
Indignata malis mens eſt ſuccumbere: ſeqꝫ
  Præſtitit inuictam uiribus uſa ſuis.
Oblituſqꝫ mei ductæqꝫ per ocia uitæ
  Inſolita cepi tẽporis arma manu.
Totqꝫ tuli pœnas terra pelagoqꝫ quot inter
  Occultũ ſtellæ conſpicuumqꝫ polum.
Tacta mihi tandẽ longis erroribus acto
  Iuncta pharetratis ſarmatis ora getis
Hic ego finitimis quamuis circũſonor armis
  Triſtia quo poſſum carmine fata leuo.
Quod: quãuis nemo ẽ cuius referat ad aures:
  Sic tamẽ abſumo: decipioqꝫ diẽ.
Ergo quod uiuo duriſqꝫ laboribus obſto:
  Nec me ſollicitæ tedia lucis habẽt.
Gratia muſa tibi: nam tu ſolatia præbes
  Tu curæ requies: tu medicina uenis.
Tu dux & comes es: tu nos abducis ab iſtro.
  In medioqꝫ mihi das helicone locum.
Tu mihi (quod rarũ eſt) uiuo ſublime dediſti
  Nomẽ ab exequiis quod dare fama ſolet.
Nec qui detractat præſentia liuor iniquo
  Vllum de noſtris dẽte momordit opus.
Nam tulerit magnos cũ ſæcula noſtra poetas
  Non fuit ingenio fama maligna meo.
Cũqꝫ ego ꝓponã multos mihi: non minor illis
  Dicor & in toto plurimus orbe legor.
Si quid habent igitur uatum præſagia ueri.
  Protinus ut moriar non ero terra tuus.
Siue fauore tuli: ſiue hanc ego carmine famã
  Iure tibi grates candide lector ago.

## ¶ BARTOLOMEI MERVLAE IN QVINTVM ET VLTIMVM OVIDII DE TRISTIBVS LIBRVM ENARRATIONES.

HVnc quoqꝫ de getico. Mittens Romá e Scythia hunc ultimú librum Ouidius: in ſui ſtudioſos monet: ut quattuor prioribus libellis illinc quoqꝫ ab eo miſſis: húc etiá addát: excuſatqꝫ ſe nō potuiſſe materiá aliá q̃ triſté: eiuſqꝫ rebus miſeris & perditis cōuenienté ſumere: qꝫ ſi i patriam reuocet̄ ſcripturū ſe iocoſa & læta profitet̄: quá rem ſi nō optinuerit. exéplis probat ſe nō poſſe in libellis ſuis alia ſcribere q̃ triſtia: ꝑſertim quum in maximis doloribus & malis uerſet̄. Simulqꝫ ueniá petit: ſi qd triſte erit: quod lectorem offendat: & ne uideat̄ arrogás: fatet̄ carmen eſſe malum huiuſqꝫ rei cauſam aſſignat: docetqꝫ poſtremo: cur quú id ita ſit: hmōi carmen romam mittat. De littore gætico. De littore Tomitanæ urbis: quæ littori getico adiacebat. Quattuor meis ꝑmiſſis. Quattuor meis libellis de triſtibus antea romam miſſis.

Dulce nihil. Nihil ſuaue: ſed amarum & triſte. Suæ materiæ. Materiæ poetæ quæ é triſtis. Integer. Non relegatus. Læta & iuuenilia. Libros de arte amandi ſignificat. Vt cecidi. Poſtq̃ relegatꝰ fui. Perago ꝑcōia. Sú ꝑco & ſcribo. Subiti ca. Subitæ relegatōis. Mei
Caystrius ales argumenti. Materiæ de me ipſo. Cayſtrius ales. Cygnus ad Cayſtrum fluuium paruolás: ut eſt autor Homerꝰ lib. Iliados ſecúdo. Tátꝰ etiá ſonus inqt in Scamádri cápo feſtinátium: quantú clangoré reddunt pluria gruú: cygnorú: anſerú agmina: ultro citroqꝫ uolitantia: ac modo ſe demittétia: mō ſubuolantia ad Cayſtri fluéta inter cōſitas arboribus ripas petát: lauandoqꝫ geſtiút: circúiunctis pratis ad multiplicé uocé reſultátibus: & Maro in ſeptimo Aeneidos. Ceu quōdá niuei liquida inter nubila cygni. Quú ſeſe e paſtu referút: & longa canores. Dant per colla modos: ſonat amnis & Aſia circum Pulſa palus. & in Georgicis. Et quæ aſia circum Dulcibus in ſtagnis rimátur prata cayſtri. Cayſter át fluuiꝰ decurrit ꝓximꝰ
Cayſter paludi Aſiæ: ut Vibius ſequeſter ſcripſit. Dionyſius refert Gayſtrum fluuium eſſe in Meonia. Ripa. In ripa. Ore deficiente. Deficiente ſpiritu uel corpore: ut ſit pars pro toto.

Cygni morituri canunt Dicitur deflere ſuam necem. Dicitur plorare mortem ſuam: quod docet ét Ariſtoteles de natura animalium libro nono. Olores enim inquit palmipedes ſút: & apud lacus paludeſqꝫ uiuút: nec probitate uictus moꝝ prolis: ſenectutis uacant: Aquilam ſi pugnam cœperit: repugnantes uincunt. Ipſi autem núquá niſi prouocati inferút pugná: canere ſoliti ſút & præcipue iam iam morituri. Idem etiam docet Plato in Phedone ita ſcribés. Cygnos quoqꝫ falſo crimináturqꝫ lugétes mortem ob dolorem cantum emittant: profecto haud animaduertunt nullam eſſe auem: quæ cátet quum eſuriat: aut rigeat: aut quouis alio afficiatur incommodo: non ita Philomena: nec Hirundo: nec Epops: quas ferunt per querimoniam cantare lugentes. At mihi neqꝫ hæ aues præ dolore uidentur canere: neqꝫ cygni: ſed qa Phœbo ſacri ſunt (ut arbitror) diuinatiōe præditi: ꝑſagiút alterius uitæ bona: ideoqꝫ cátant alacriꝰ geſtiuntqꝫ ea die: q̃ ſuperiori tpe. Idé Plynius etiá refert: cuius uerba hæc ſunt. Oloꝝ morte narrat̄ flebilis cátus falſis (ut arbitror) aliquot experiméris: quæ uerba a doctis quibuſdá ſcio parú fuiſſe intellecta: creden
Plynii locꝰ tibus Plyniú negare cygnoꝝ in morte eſſe flebilé cantum. Immo ille Platonem ſecutus dicit falſum eſſe exiſtimari




## PVBLII OVIDII NASONIS DE TRISTIBVS LIBER QVINTVS.

HVnc quoqꝫ de getico  
nr̄i ſtudioſe libellú  
Littore ꝑmiſſis quattuor adde meis.  
Hic quoqꝫ talis erit: q̄lis fortuna poetæ.  
Inuenies toto carmine dulce nihil.  
Flebilis ut noſter ſtatꝰ é: ita flebile carmē  
Materiæ ſcripto conueniente ſuæ.  
Integer & lætus læta & iuuenilia luſi:  
Illa tamen nunc me compoſuiſſe piget.  
Vt cecidi: perago ſubiti præconia caſus:  
Sumqꝫ argumenti conditor ipſe mei.  
Vtqꝫ iacens ripa deflere cayſtrius ales  
Dicitur ore ſuam deficiente necem:  
Sic ego ſarmaticas longe proiectus in oras

Efficio tacitum ne mihi funus eat.
Delitias ſi quis laſciuaq; carmina quærit
Præmoneo nũquã ſcripra quod iſta legat.
Aptior huic gallus blandiq; propertius oris:
Et plures quorũ nomina magna uigent.
Atq; utinam numero nos non eſſemus in illo:
Hei mihi: cur unquã muſa locuta mea eſt?
Sed dedimus pœnas: ſcythiciq; ĩ finibus iſtri
Ille pharetrati luſor amoris abeſt.
Quod ſupeſt ſocios ad publica carmina flexi
Et memores iuſſi nominis eſſe mei.
Si tamẽ ex uobis aliquis tam multa requiret
Vnde dolẽda canam: multa dolenda tuli.
Non hæc ingenio: nõ hæc cõponimus arte:
Materia eſt propriis ingenioſa malis.
Et quota fortunæ pars eſt in carmine noſtræ?
Fœlix qui patitur quæ numerare poteſt.
Quot frutices ſiluæ: quot flauas tybris harenas
Mollia quot martis grãina cãpꝰ habet.
Tot mala ptulimus: quorꝫ medicina quieſq;
Nulla niſi in ſtudio eſt: pieridũq; mora.
Quis tibi naſo modus lachrymoſi carmĩs iqs
Idem fortunæ qui modus huius erit.
Quod qrar illa mihi pleno de fõte miniſtrat
Nec mea ſunt fati uerba ſed iſta mei.
At mihi ſi chara patriã cum coniuge reddas.
Sint uultus hilares: ſimq; quod ante fui.
Lenior & uicti ſi ſit mihi cæſaris ira:
Carmina lætitiæ iam tibi plena dabo.
Non tamen ut luſit rurſus mea littera ludet.
Sit ſemel illa meo luxuriata ioco.
Quod pbet ipſe canã: pœnæ mõ parte leuata
Barbariam rigidos effugiamq; getas.
Interea noſtri qd agant niſi triſte libelli?
Tibia funeribus conuenit iſta meis.
At poteras inqs melius mala ferre ſilendo.
Et tacitus caſus diſſimulare tuos.
Exigis ut nulli gemitus tormenta ſequantur
Acceptoq; graui uulnere flere uetas.
Ipſe perilleo phalaris permiſit in ære:
Edere mugitus: & bouis ora queri.
Quũ priami lachrymis offẽſus nõ ſit achilles
Tu fletus inhibes durior hoſte meos.

exiſtimari cygnos flebiliter cãtaꝛ propter mortem: quum potius illi Apollini dicati: ꝙ ab eo diuinationem habere uideantur prouidentes quid in morte boni ſit cum cantu & uoluptate moriantur ut in primo Tuſculanarũ quæſtionum etiam Cicero opinatus eſt. Cygnꝰ aũt uir fuit: q̃ poſt Phaetontis caſum in auem ſuis nominis mutatus eſt. ut docet Ouidius ĩ met. & Vergilius ĩ decimo. Pauſanias ſcribit ultra Eridanum in Gallia Cygnum uirum muſicæ peritum Ligurum regem fuiſſe: & locum eſſe datum fabulæ eum poſt obitum Apollinis uoluntate in Cygnum auem conuerſum. Cygnꝰ latine Olor appellatur: ut Higinꝰ ſcribit. Illud notandum Cygnũ a græcis cum c ante n: a latinis cum g litterarum ſimilitudine ſcribi: ut Gobio: & alia noĩa: ut docet Priſcianus. Ne funus. Ne relegatio mea. Eat mihi tacitum. A me ſcilentio prætereatur. In illo numero. In numero illorũ equi iocoſa: & amatoria ſcripſere. Ille luſor. Ille ſcriptor: hoc eſt ego Ouidius: hoc autem dicit: quia ſcripſit præcepta amatoria. Quod ſupereſt. Quod reliquum eſt. Socios ad publica carmina flexi: Admonui ſocios poetas ad cõſideranda diligẽtiꝰ poemata: quæ ab eis publice eduntur: ne forte ea ſcribant: quibus damnentur: ut mihi accidit: uel (quod magis placet) hoc dicit: poſteaquam eiectus fui in exiliũ: reſtabat ut amicos flecterem ad legenda hæc carmina: qua edita a me omnibus patebãt: & rogarem eos: ut mei noĩs memoriam ſeruarent: mihiq; ſi poſſent: opem ferrent: & ideo triſtia ſcribenda erãt potiuſq̃ iocoſa. Ad publica carmĩa. Ad uerſus meos de triſtibus: quos amicis legẽdos mitto. Multa dolenda tuli. Qui multa etiam triſtia ptuli.

Et quota pars. Et rara: uel nulla pars. Noſtræ fortunæ. Noſtri ĩfortunii: quaſi dicat pauca ſcripſimus eorum: quæ paſſi fuimus. Fœlix qui patitur. Fœlicem ſe innuit futurũ fuiſſe: ſi poſſet mala propria numerare: ſed qa ſũt innumerabilia: ideo ſe infœlicem putat. Cãpus martis. Cãpus Martius. Illa miniſtrat. Illa fortuna mea ſuggerit. Sed iſta. Subaudi eſt. Hoc eſt: iſta mea fortuna eſt: quæ queritur & loquitur hæc uerba mei infortunii: nõ ego. Eſt autem ordo. Verba mea mei fati nec ſunt ſcilicet quæ queruntur: ſed eſt fortuna mea quæ queritur. Vt luſit. Vt olim ſcripſit. Intelligit aũt tres libros de arte amãdi. Quod probet ipſe. Quod ipſe Cæſar laudet. Iſta tibia. Iſte ſonus funeſtus ideſt hoc triſte ſcribẽdi genus Solebant autem maiores funera ad tibiam efferre Statius. Tibia cui teneros ſolitum deducere manes Idem docet Plynius in funere eius corui: qui Tiberium: deinde Germanicum: & Druſum Cæſares noĩatim ſalutabat. Exigis ut nulli. Petis inqt: ut q torquaꝛ: nõ gemat: qđ impoſſe eẽ colligit. Ipſe perilleo. De perilli æneo tauro diximꝰ ſupra. Nõ ſit offẽſꝰ. Nõ ſit læſus: imo eiꝰ lachrymis uictus ilico Hectorem reddidit: ut in ſecundo Aeneidos docet Maro: plenius uero Homerus in ultimo Iliados libro. Inhibes fletus. Vetas me flere. Durior hoſte. Durior Achille priami hoſte.

Cygni fabula

Cygnus quomodo ſcribitur

Funera ad tibiam

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Cum faceret nioben orbam latonia proles:
Non tamen hãc ſiccas iuſſit habere genas.
Eſt aliquid fatale malum per uerba leuare.
Hoc querulam prognen alcyonaſq; facit.
Hoc erat in gelido quare pæantius antro
Voce fatigaret lemnia ſaxa ſua.
Strãgulat incluſus dolor:atq; cor æſtuat itus
Cogitur & uires multiplicare ſuas.
Da ueniam potius:uel totos tolle libellos:
Si mihi quod ꝓdeſt:hoc tibi lector obeſt.
Sed nec obeſſe poteſt ulli nec ſcripta fuerunt
Noſtra niſi auctori pernicioſa ſuo.

Niobes fabula

¶ Quum faceret Nioben orbam. Niobe Tantali filia fuit ex Taygete Atlantis:ſoror Pelopis:& Amphionis uxor:quæ(ut eſt autor Diodorus)ſeptẽ filios & totidem filias peperit ſummo decore præſtantes. Tali prole ſuperbiens admodum gloriabať ſe Latonæ præferens numero filioꝝ. Iraq; ira motam Fabulæ latonã ferũt. Apollini:ut Niobes filios:Dianæ ut filias arcu interficeret mãdaſſe:quibus matri obtẽperantibus cõtigit eodẽ tpe & abũdare filiis:& carere:De Niobe hæc Homerus in ultimo Iliados. Nã & pulcherrima Niobe poſt.xii.in atrio liberos interemptos cibi recordata eſt. Erant ei nãq; filiæ ſex:& totidẽ adoleſcẽtes filii.hos argẽteo arcu Apollo: illos Diana cõfecerũt Niobe irati:ꝙ ſe pulchræ Latõæ æquiparauerat:Illa.n.duos duntaxat filios: ſe multos peperiſſe iactarat. Hi aũt duo illos oẽs interemerũt:quos nouẽ dies iſepultos reliquerũt. Decima aũt die dii humari mãdauerũt. Illa igiť poſt lachrymas cibũ cepit:nunc aũt deſertis in mõtibus apud Sypilũ lapidea uiſitur: ubi nymphaꝝ:q̃ circũ Acheloum choris oblectãtur:toros eẽ ferũt. Ibiq; licet i lapidẽ obdurata deoꝝ flagella ꝑpetiť nã lachrymas ſemp emittit dicẽte Ouidio libro met. vi. Flet tñ & ualidi circũdata turbine uẽti In patriã rapta ẽ ubi fixa cacumie mõtis liqtur: & lachrymis ẽt nũc marmora manãt.

Niobes lachrymæ

De numero filioꝝ Niobes maria eſt opinio. Homerus.n.pueros: puellaſq; ſenos fuiſſe dicit. Euripides biſſeptenos ſcilicet Archemoꝝ. Antegonũ. Tãtalũ. Phœdimũ:Sypilũ.xenarchũ. Opũtum: Ouidius tamẽ aliquos aliter noiat. Filiæ hæ fuere Aſticratea. Pelopeia. Chloris. Cleodexe:Ogine. Pythia:& Neæra. Sappho bis nouenos filios fuiſſe ſcripſit. Bacchilides & Pindarus biſdenos. Quidam alii ſcriptores tres fuiſſe ſolos dixerũt ut docet Gelius lib.xix.

Filioꝝ niobes numerus & noia

Quũ faceret Nioben orbã. Quũ Nioben liberis priuaret. Latonia proles. Apollo:& Diana. Genas ſiccas. Genas minime lachrymis madefactas. Leuare fatale malũ. Imminuere fatũ malo illatũ. Per uerba. Per queſtus:& lamẽtatiões. Hoc facit querulã ꝑgnen. Hæc cauſa facit: ut ꝑgne querulo cãtu dolorẽ leuet:nota eſt Fabula. Sane de Tereo Pauſanias hæc refert. Tereus regnauit(ut Megarẽſes affirmãt)circa fontes:ꝗ Megaridis dicunť:ut uero ego ſentio:& ueſtigia adhuc extant: in Daulidæ quæ ſupra cheroniã eſt:regnũ tenuit. Nã eã quæ nũc græcia appellať:barbari multis in locis tenuerũt. Eos uero Tereus in ditionem redegere nõ potuit ob ea:quæ & ipſe in Philomelam: & mulieres aduerſus Itym ægerant:iccirco megaris necẽ ſibi ipſe conſciuit:cui tumultum ſtatim eduxerunt: perſoluuntq; ſingulis annis ſacra. Ibi Vpupam auẽ primũ uiſam referũt. Mulieres aũt athenas ueniſſe lugẽtes: quid paſſæ eſſent:quid itẽ cõtra intulerint teſtãtes:lãchrymis(ut aiunt)miſerabiliter ſeſe cõfecerũt. Inde aſſerunt creditas earum in luſciniam & hirundinem transformationes.ea(ut puto)occaſione:ꝙ hæ aues neſcio quid miſerabile:& luctui ſimile canunt.

Terei exitus

Daulis

Vpupa primum uiſa

Halcyonaſq;. Cæyx(ut ſcribit Seruius)filius Luciferi habuit coniugem Halcyonem:a qua quum prohibitus iuiſſet ad conſulendum Apollinẽ ſuper ſtatu regni ſui:naufragio periit:cuius corpus quum ad uxorem Halcyonen delatum fuiſſet:illa ſe præcipitauit in pelagus:Poſtea Thetidis:& Luciferi miſeratione:conuerſi ſunt ambo in aues marinas: quæ Halcyones uocantur. Fabulam etiam narrat Ouidius libro.xi.methamor.ubi Halcyones querelam ita deſcribit. Percutienſq; leuem modo natis aera pennis Stringebat ſummas ales miſerabilis undas. Dumque uolat mœſto ſimilem plenumq; querelæ ora dedere ſonum tenui crepitantia roſtro. De Halcyonibus legito Ariſtotelẽ de animalium natura:& Plynium libro.xi. Illud ſciendum autore Seruio ꝙ quũ de muliere dicimus hæc Halcyone facit:quum de auibus hic & hæc Halcyon:hi & hæ Halcyones.

Halcyones fabula

Pæantius. Philoctetes Pæantis filius: qui quum a græcis ad bellum troianum duceretur:ꝙ Herculis ſepulchrum græcis contra iuſiurandum oſtendiſſet ſagitta immedicabili uulnere confectus eſt:cuius fetor quum a græcis ſuſtineri non poſſet:in Lemno relictus eſt:dicente Aiace apud Ouidium libro.xiii.methamor. Non te pæantia proles Expoſitum lemnos noſtro cum carmine haberet. Qui nunc(ut memorant)ut ſilueſtribus abditus antris Saxa mouens gemitu mala laertia dæq; precaris. Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma Heu pars una ducum:quo ſucceſſore ſagittæ Herculis utuntur fractus morboq; fameq; Venatuq; aliturq; auibus: Cicero in libro de fato ſcribit Philoctetem ſerpentis morſu uulneratum. Nondum enim inquit ulcerato ſerpentis morſu philocteta:quæ cauſa in rerum natura cõtinebatur: fore ut is in lemno inſula linqueretur. De Philoctete plura diximus in enarrationibus in primum Ouidii de remedio amoris. Sua uoce. Suis queſtibus. Strangulat incluſus dolor. Oſtendit dolorem compreſſum: grauiter hominem conficere. Strangulat. Suffocat. Cogiť multiplicare. Cogitur augere ipſe dolor. Da ueniã potius. Potiꝰ mihi triſtia ſcribenti ignoſcas hanc ob cauſam:ꝙ dãnes. Vel tolle. Vel remoue:nec lege. Totos libellos. Hæc de Triſtibus uolumina. Si mihi quod prodeſt. Si quod mihi conducit hoc eſt triſtia ſcribere: & fletu dolorem leuare. Suo autori. Mihi Ouidio:qui pœnas fero propter fero propter ſcripta amatoria.

Philoctetes

At mala

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶ At mala ſunt. Negauit hæc ſcripta ulli obeſſe: hic obiectioni reſpondens ea mala eſſe profitetur. Deceptū Quod crediderit ea eē bona: quū mala ſint. Ponere Deponere: hinc fit Repono pro reiicio. Ouidius libro quarto met. Telaſq; & calathos infectaq; penſa reponit: In qua ſignificatione Iuuenalis illud accipiendum eſſe exiſtimo. Nunq̄ ne reponā? ut quū ille ſemp ſe auditorem fuiſſe deſignauerit: nunq̄ ſe audiendi cōſuetudinē reiectuꝝ dicat: non me tñ fugit aliter ab aliis uerbū illud exponi: ſed hæc nr̄a īterpraetatio Iuuenalis ſenſui magis uidet quadrare: quam etiā placuiſſe ideo quum aliquot doctiſſimis uiris: tū in primis Pyrrho Pincio meo ingenuis artibꝰ excellēti: mihiq; tanta familiaritate coniūcto ob eius elegātiſſimoꝝ mores: īgeniū: ſummāq; doctrinam: ut apud nemīnē ſtudia mea & arcāna pectoris libentius unq̄ depoſuerim ea tēpeſtate: quæ Venetiis agebam. Ipſe nec hæc mādo. Non iubeo ut aut ſumas mea hæc mala uolumina: aut ſumpta non deponas. Sunt q locum ita legāt. Ipſe nec emēdo: ut ſit hæc ego nō corrigo. Sed ut hinc deducta legant. S d mando ut ea legant tanq̄ compoſita inter barbaros ſcythas: & inde romā miſſa. Deducta. Aut compoſita. Deduci enim carmina dicuntur: ut antea diximus: aut certe iſtinc romam miſſa. Nulla mihi captat gloria. Nō ſcribo hæc gloriæ cōparandæ gratia. Quæq; ingenii ſtimulos. Ordo eſt. Et nulla captatur fama quæ ſolet: & reliqua. Subdere ſtimulos ingenio. Stimulare īgenium. Nolumus aſſiduis. Alia cauſa cur ſcribit. Scribo inquit ne uerſer in aſſiduis curis cogitādo mala quibus conficior. Tabeſcere Angi. Quæ tñ irrūpūt. Quāuis coner ſcribēdo curas leuare: nō tñ poſſum. Quoq; uetant eunt. Me adeunt: quū id fieri nollem. Cur ſcribā docui. Cām aſſignaui cur triſtia componā. Cur mittam iſtos. Cur libellos iſtos ad uox mittam. Quolibet mō. Verſibus quādoquidem non licet corpore.

Repono

Iuuenalis locus

Pyrrhus pincius

In Secundam Elegiam Enarratio.

E Ecquid ut e pōto. Ad uxorem ſcribens dicit ſe corpore beneualere: q̄uis mente langueat: oſtenditq; eius dolorē eūdem eſſe qui primo fuit: quū relegatus eſt ab Auguſto: poſtea commemorat eius incommoda: quibus ſine fine conficit fateturq; ſe poſſe eis carere: ſi ſalutis ſuæ eſſet curioſa: ſiquidem leuis eſt eius exilii cā & magna Cæſaris clementia quem ut adeat: ac pro marito roget. hortatur. Demum queritur ſe quoq; ab uxore deſertum: nec ullam aliam ſibi ſpem ampliꝰ relictam: q̄ in Auguſti numine: ad cuius aram dicit ſe uelle confugere: nec timere: ut reiiciatur tanq̄ inuiſus: qñquidem dii ſupplicū manus minime ſūmouere ſoleant: id quod facit proxima elegia. Ecquid palles? Num qd times cuius indicii ſignum eſt pallor: cauſam eius rei ſupra aſſignauimus. Noua epiſtola. Epiſtola nuper miſſa. Soluitur. Aperitur. Sufficit. Durat: ſuſtinet. En magis infirmo. Non inquit tempus eſt: ut magis ſim iufirmus & inualidus: nam corpus multis malis uexatum occaluit: & aſſueuit omnia perpeti. Sunt qui legant per interrogationem. An magis infirmo & reliqua: quod parum placet. Alii. Ac nō an. alii En legendum putant. Exiguis. Paruis malis. Prodeſt. Quia tempore minuūtur. Tempore. Diuturnitate temporis. Pæantius. Philoctetes: de quo paulo ante diximus. Probat autem exemplis Ouidius quod dixit uerum eſſe. Decem annis: quibus Troia a Græcis obſeſſa demum diruta fuit. Virum peſtiferum. Sagittam Herculis intellige hydræ ueneno infectam: nota eſt fabula. Telephus æterna. De Telepho abūde diximus in primo de remedio amoris in enarratiōe eoꝝ carminū. Vulnꝰ achilleo q̄ quōdā fecerat hoſti. Vulneris auxiliū pelias haſta tulit. Pleno de mare. Mare i ablatiuo dixit cōtra re-

Mare in ablatiuo

At mala ſūt: fateor: qs te mala ſumere cogit?
Aut quis deceptū ponere ſumpta uetat?
Ipſe nec emēdo ſed ut hinc deducta legantur
Non ſunt illa ſuo barbariora loco.
Nec me roma ſuis debet conferre poetis:
Inter ſauromatas ingenioſus eram.
Denique nulla mihi captatur gloria: quæq;
Ingenio ſtimulos ſubdere fama ſolet.
Nolumus aſſiduis animum tabeſcere curis:
Quæ tamen irrūpunt: quoq; uetātur eunt.
Cur ſcribā docui: cur mittam quæritis iſtos:
Vobiſcum cupio quolibet eſſe modo.

E Cqd ut e pōto noua uenit epl̄a palles
Et tibi ſollicita ſoluitur illa manu?
Pōe metū: ualeo: corpuſq; qđ ante la-
Impatiens nobis inualidūq; fuit. (borū
Sufficit: atq; ipſo uexatum induruit uſu.
En magis infirmo non uacat eſſe mihi.
Mens tñ ægra iacet nec tēpore robora ſūpſit
Affectuſq; animi qui fuit ante manet.
Quæq; mora ſpatioq; ſuo coitura putaui:
Vulnera non aliter q̄ modo facta dolent.
Scilicet exiguis prodeſt annoſa uetuſtas:
Grandibus accedunt tempore dāna malis
Pene decem totis aluit pæantius annis
Peſtiferum tumido uirus ab angue datum.
Telephus æterna conſumptus tabe periſſet:
Si non quæ nocuit dextra tuliſſet opem.
Et mea ſi facinus nullum commiſimus: opto
Vulnera qui fecit facta leuare uelit.
Contentuſq; mei iam tandem parte doloris
Exiguum pleno de mare demat aquæ.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

gulam licentia poetica: queadmodum Maro
Tridéti magiſquam Tridéte dixit ut Seruius
notat: Priſcianus tamé docet uetuſtiſſimos hu
iuſmodi nominum ablatiuos etiam in e ꝓtu-
liſſe: Varro. Ab Erythro mare orti. Atacinus.
Cingitur oceanus libyco mare flumine nilo.
Et Plautus in rudente. Suam quiſqꝫ partem pi
ſcium poſcat ſibi: dicant in mare communi ca
ptos. Et Lucanus in. vii. Gentes mars ille futu
ras Obruet: & populos æui ueniétis in orbem

**Natale in ablatiuo**

Erepto natale feret. Totius inſtar erit. Oſté-
dit tantam eſſe malorum magnitudinem: ut
etiam ſi quid detrahatur: nihil ſibi imminu-
tum uideatur.

**Papaueris genera**

Quotue ſoporiferum. Papa
ueris ſatiui tria ſunt genera. Candidum: cuius
ſemen toſtum in ſecunda menſa cum mel-
le apud antiquos dabatur: alterum nigrum:
e cuius ſcapo inciſo lactæus ſuccus exprimitᷣ.
Tertium genus Tyram uocant. Id noſtri erra
ricum: quod ſponte quidem: ſed ſponte: cum
ordeo naſcitur: erucæ ſimile: Succum papaue-
ris medici Opion appellant. E nigro autem ſo
por concipitur. Columella. Et profugos uictu
ra papauera ſomnos. Quotue grana. Et
quot ſemina. Quot tenerum pénis. Et quot
pennis auis per aerem uolat. Traiicerer Alio
mitterrer. ab Auguſto. Eſt cruenta. Eſt capi-
talis: q̧ quenq̄ occiderim. Ille deus. Ille Augu
ſtus. Eſt bene nixa. Eſt bene ſuſtentata. Vl
la anchora. Vllum munimentum: aut auxili-
um. Noſtram ratem. Eleganter poeta docet
per ſimilitudinem ſe ut naué ſine anchora om
ni periculo expoſitum nihil ſpei habere niſi in
præſidio deorum: & Auguſti in primis. Vi-
derit ipſe. Ipſe Cæſar prouiderit: poſteaquam
a cæteris deſtituor. Quáuis inuiſus. Quá-
uis odioſus Cæſari. Nulla man⁹. Nullas ſup
plicis præces.

In Tertiam Elegiam Enarratio.

ALloquor en abſens. Auguſtum pre
catur poeta ut quandoquidem in
exilium tam aſpeꝝ miſit: uelit eum
transferre in locum aliquem mi-
tiorem. Abſentia numina. Abſentem Au-
guſtum. Cum ioue. Cum diis: cum Auguſto.
Arbiter. Moderator. Ad ſydera pacta tibi.
Ad cœlum tibi promiſſum: legitur etiam par
ta ut cœlum ab Auguſto partum dicat.
Tardus eas. Sero a nobis diſcedas: & moria-
ris. De tuo fulmine. De tua ira & pœna. Ius
ciuis. Ius: quo utitur ciuis romanus. Nec no-
mé. Quia ciuis romanus appellor. Nec mea
conceſſa eſt aliis fortuna. Nec mihi fortunas
meas ademit Auguſtus: quod exulib⁹ fieri ſo-
lebat: ut in quinto Tuſculanarum quæſtionū
docet Cicero. Nec exul. Sed relegatus.

Detrahat ut multum: multū reſtabit acerbi:
Parſqꝫ meæ pœnæ totius inſtar erit. (res:
Littora quot cóchas: quot amœna roſaria flo
Quotue ſoporiferum grana papauer hét.
Silua feras quot alit: quot piſcib⁹ unda natatᷣ
Et tenerum pennis aera pulſat auis.
Tot ꝑmor aduerſis: q̄ ſi cōpꝛhendere coner
Icariæ numerum dicere coner aquæ.
Vtqꝫ uiæ caſus ut amara pericula ponti:
Vt taceam ſtrictas in mea fata manus.
Barbara me tellus orbiſqꝫ nouiſſima magni
Suſtinet & ſæuo cinctus ab hoſte locus.
Hic ego traiicerer (nec. n. mea cl̄pa cruéta é)
Eſſet quæ debet ſi tibi cura mei.
Ille deus: bene quo romana potétia nixa eſt:
Sæpe ſuo uicto lenis in hoſte fuit:
Quid dubitas? & tuta times? accede: rogaqꝫ
Cæſare nil ingés mitius orbis habet.
Me miſerū quid agam ſi ꝓxima qqꝫ relinquūt
Subtrahis & fracto tu quoqꝫ colla iugo.
Quo ferar? unde petā laſſis ſolatia rebus?
Anchora iā noſtram non tenet ulla ratem.
Viderit ipſe ſacram q̄uis inuiſus ad aram:
Confugiam: nullas ſummouet ara manus.
ALloquor en abſens abſétia nūina ſup
Si fas é hoi cū ioue poſſe loq̄. (plex:
Arbiter īperi: quo certū é ſoſpite cū-
Auſoniæ curā gétis habere deos: (ctos.
O decus o patriæ per te florentis imago.
O uir non ipſo qué regis orbe minor
Sic habites terrā: ſic te deſideret æther:
Sic ad pacta tibi ſydera tardus eas.
Parce precor minimāqꝫ tuo de fulmine partē
Deme ſatis pœnæ quod ſuperabit erit.
Ira qdé moderata tua eſt uitamqꝫ dediſti:
Nec mihi ius ciuis: nec mihi nomé abeſt.
Nec mea conceſſa é aliis fortuna: nec exul
Edicti uerbis nominor ipſe tui.
Omnia quæ timui: qm̄ hæc meruiſſe uidebar.
Sed tua peccato lenior ira meo eſt.
Arua relegatum iuſſiſti uiſere ponti.
Et ſcythicū profuga ſindere puppe fretū.
Iuſſus ad euxini deformia littora ueni:
Aequoris hæc gelido terra ſub axe iacet.
Nec me tā cruciat nūquā ſine frigorᷣ cœlum
Glebaqꝫ canēti ſemper obuſta gelu
Neſciaqꝫ é uocis quod barbara lingua latinæ:

Pax

¶Pax tamen interdū eſt. Interdū prælia ceſſant: nō enim hoſtes ſemper pugnant. Pacis fiducia nunq̄. Nunq̄ certa eſt pax. Nam ſemper hoſtium aduētū formidamus. Panthea carybdis. In quibuſdā exēplaribus legitur panthea: in aliis panchea: in pleriſqꝫ pangea: quæ lectio deprauata eſt. Legat igitur emendate Zāclæa charybdis: ſic.n. poetæ eā appellāt ab urbe Siciliæ Zancle: ante quā paulum in traiectu oſtēdit. Zancle aūt appellata eſt a ſpecie falcis. Siqdem (autore Thucidide) falcem Siculi Zanclā appellant: nā loca ea curua fuiſſe docet etiam Strabo: Silius fabuloſe eam ſic appellatam: ꝙ illic falcem poſuit Saturnus.

Zanclæa charybdis
Zancle

Saturni falx

Græcaqꝫ qđ getico mixta loquela ſono eſt.
Quā quod finitio cīctus ꝑmor undiqꝫ marte
Vixqꝫ breuis tutos murus ab hoſte facit.
Pax tamē interdū eſt: pacis fiducia nunquam
Sic hic nunc patitur: nūc timet arma locus
Hinc ego dū muter uel me zaclæa charybdis
Deuoret atqꝫ ſuis ad ſtyga mittat aquis.
Vel rapidæ flāmis urar patienter in ætnæ:
Vel freta leucadii mittar in alta dei.
Quod petimus pœna ē: nec.n. miſer eē recuſo
Sed precor: ut poſſim tutius eē miſer.

ait.n. Nec zanclæa gerūt obſcurā mœnia famā Dextera quā tribuit poſito ſaturnia telo. Macrobius etiā docet Saturni falcē in Siciliā decidiſſe: ꝙ ſit terra illa uel maxime fertilis: Anaxilas Rheginoꝝ tyrānus eiectis a zācle Samiis: qui cumanos expulerāt & ab antiqua patria ſua q̄ fuit in pelopōneſo Meſſanā appellauit ut docet Strabo: inde mamertini natio cāpana Meſſanā habitarūt: Vnde & uinū Meſſeniū Mamertinū dicimus: ab hac urbe Meſſalā Coruinū ita cognominatū fuiſſe docet Seneca ad paulinū. Vnde in faſtis dixit Ouidi⁹: Hūc numidæ faciūt: illū Meſſana ſupbū: Eſt aūt Charybdis fretū iter Rhegiū: & Meſſanā: qua breuiſſimo iteruallo Sicilia diſtat a continente: qua fert Vlyſſes penetraſſe: haud ab re ſic exiſtimatū: ꝙ cadat rabide per anguſtias pelagi Tyrrheni ac Siculi. Fabulam diximus in ultimo de remedio amoris: Latenter ergo poeta hanc in urbem e ponto trāſmitti exoptat: aut certe (qđ magis placet) in his locis mori minus ſupplicii ſibi fore deſignat q̄ ſi in ſcythia in tantis malis degat. Ad ſtyga. Ad profundum. Dicit.n. Carybdis naues in ꝓfundum trahere. Vel rapidæ flāmis. In Aetna mōte: quæ olim Cyclopas tulit: nunc uero aſſiduis ignibus flagrat: minus ſupplicii fore ēt oſtēdit: Mōs aūt ætna (autore Plynio) nocturnis mirus incendiis. Crater eius patet ambitu ſtadia.xx. Fauilla Taurominiū & Catanā uſque peruenit feruēs: fragor uero ad Maronem: & gemellos colles. In eius uertice (ut docet Solinus) hiatus duo ſunt Crateres noīati per quos eructans erūpit uapor ꝓmiſſo prius fremitu ꝑ æſtuātes cauernaꝝ latebras longo gemitu intra terræ uiſcera diu uoluit: ante ſe flammaꝝ globi attollūt: q̄ interni ſtrepitus antecedant: Miꝝ hoc eſt: nec illud minus: ꝙ in illa feruentis naturæ pucacia miſtas ignibus niues ꝓfert: & licet uaſtis exundet incendiis apicis canicie ꝑpetua brumalem detinet faciē. Ita inuicta in utroqꝫ uiolentia: nec calor frigore mitigat nec frigus calore diſſoluit. De Aetna Silius li.xiiii. ita cecinit. Aſt Aetna eructat tremefactis cautibus ignes. Incluſi gemitus pelagiqꝫ imitata furorē Murmure ꝑ cæcos tonat irrequieta fragores Nocte dieqꝫ ſimul fonte e phlegetontis ut atro Flāmaꝝ exūndat torrēs: piceaqꝫ ꝓcella Semiābuſta rotat liquefactis ſaxa cauernis. Sed q̄q̄ largo flammaꝝ exæſtuat intus Turbine: & aſſidue ſubnaſcēs profluit ignis Sūmo cana iugo cohibet mirabile dictu Vicinā flāmis glaciē æternoqꝫ rigore Ardētes horrēt ſcopuli: ſtat uertice celſii Collis hiems calidaqꝫ niuē tegit atra fauilla. Aetnā ēt elegātiſſime deſcribit Maro: Sed inter cæteros Strabo lib.vi. oīa pleniſſime colligit. Cām uero eius mōtis incendii. Iuſtinus lib. quarto oſtendit his uerbis: Eſt aūt Siciliæ terra tenuis: ac fragilis: & cauernis qbuſdā fiſtuliſqꝫ ita penetrabilis: ut uentorum tota ferme flatibus pateat: nec non ignibus generādis: nutriēdiſqꝫ ſoli ipſius naturali ui: qppe interim ſecus ſtratū ſulphure & bitumine tradit: quæ res facit ut ſpiritu cū igne inter interiora luctante: frequenter & cōpluribus locis: nunc flāmas: nunc uaporē: nunc fumū eructet: inde deniqꝫ ætnæ montis per tot ſæcula durat incendiū: & ubi acrior ꝑ ſpiramēta cauernaꝝ uētus icubuit: harenaꝝ moles egerunt. Cæteꝝ rē eiuſmodi elegantiſſime nuper executus eſt iuuentutis Venetæ clariſſimū decus Petr⁹ bēbo in eo libello in quo cū doctiſſimo eius Patre Bernardo homine in ueneta re.p. maxime celebritatis nō minus eleganti Oratione: q̄ ueris rōnibus diſputat. Vel freta leucadii. Aliud ēt ſuppliciū Scythicis malis minus cōmemorat hoc eſt ut in mare Leucadiū ex alto uertice demittat: cuius loci altitudinē ēt Lucanus ita deſignat. Quantū leucadio Placidus de uertice pōtus Deſpicit: tantū nautæ uidere tremētes. Et Sappho apud Ouidiū. Phœbus ab excelſo q̄tum pater aſpicit æquor Actæū populi: leucadiūqꝫ uocāt. Loci meminit Strabo lib.x. Leucadii dei. Apollinis: qui in leucade colebat. Corinthii.n. Leucadē in inſulæ formā redegerunt quū antea eſſet cheroneſus: Leucadē aūt a Leucate uocabulo appellarūt: Eſt.n. albicāti colore petra in pelagus proiecta: atqꝫ Cephalleniā & Leucadi adiacens. Habet Apollinis Leucatæ fanū: uel (ut Alcmeonidi ſcriptori placuit) appellata eſt ab Icarii filio Leucadio. Eo in loco Sappho pria dr ſuperbe ab excelſa ſe deieciſſe petra ſtimulante cupidine: ſicuti Menāder rettulit. Antiquiores uero ſcriptores non Sappho ſed Cephalum prius ſaltaſſe tradūt. Ptarolæ captū amoribus Degoneti filiæ: autor Strabo. Scribit ēt Plynius in ore ipſo Ambracii ſinus fuiſſe coloniam Auguſti Actium cum t mplo Apollinis nobili ac ciuitate libera Nicopolitana. Egreſſos autem ſinu Ambracio in Ionium excipit Leucadium littus. Promontorium Leucates: dein ſinus ac Leucadia ipſa peninſula quondam Neritos appellata.

Mamertinum uinū
Meſſalæ cognomen
charybdis

Aetna mons

Crateres

Aetnæ incendii cā

Petrus bembo
Bernardus bembo

Leucadius deus
Leucas



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

In Quartam Elegiam Enarratio.

Bacchi feſtum

ILla dies hæc eſt. Quæritur Ouidius ꝙ quum Bacchi feſtum celebretur: una cum cæteris poetis romæ eē nō liceat: ut antea ſolebat: miraturq; illum ſibi uni ex eius cultoribus nō opem tuliſſe. Demū illū ſtudiiq; cōſortes poetas precatur: ut a Cæſare reditū impetrent. Qua te celebrare poetæ. Bacchi feſtum celebrabatur. xv. calendas apriles: eius ſacra Iulius Cæſar primus romam tranſtulit: ut eſt autor Seruius in enarratione eius uerſus. Daphnis & armenias curru ſubiūgere tigres Inſtituit: daphnis thyaſos inducer̃ baccho. De huius dei ſacris legito Ouidiū lib. tertio faſtoꝝ. Innectūt tēpora. Coronantur ipſi poetæ: ut celebrēt feſtū tuum. Sertis odoratis. Serris bene olentibus. Ad tua uina. Ad pocula q̄ ſumunt̃ in tuū honorē: aut ad uina a te inuēta: hoc eſt interbibēdum. Dū me mea fata ſinebāt. Dum nō erā relegatus ab Auguſto. Erymanthidos urſæ. Vrſæ arcadicæ: ab Erymātho mōte arcadiæ appellatæ. Iuncta crudis getis. Iuncta toruis & crudelibus getis.

Dominæ fati

Siue caſus. Siue quædā fortuna. Fuit nubila. Fuit obſcura & irata. Suſtinuiſſe. Suſtentaſſe. An dn̄æ fati. Parcas dominas appellat: quoniā hæ tres ſorores dicūtur fatis præeſſe. Oui. i met. Tu ſola inſuꝑabile fatū Nata mouere putas intres licet ipſa ſoroꝝ Tecta trium cernes illic molimine uaſto Ex ære: & ſolido reꝝ tabularia ferro: Quæ neq; cōcurſum cœli: neq; fulmis irā. Nec metuunt ullas tuta atq; æterna ruinas. Et Seneca in Oedipode: Fatis agimur: credite fatis. Nō ſolicitæ poſſunt curæ mutare: rati ſtamina fuſi. Quicqd patimur mortale genus. Quicqd facimus uenit ex alto Seruatque ſua decreta colus Lacheſis dura reuoluta manu. Omnia ſæpto tramite uadunt. Primuſq; dies dedit extremū. Nōn illa deo uertiſſe licet. Quæ nexa ſuis currūt cauſis: Boetius quoq; de fato ita ſcribit: Oīum generatio reꝝ: cūctuſq; mirabiliū naturaꝝ ꝓgreſſus: & qcqd aliquo mouet̃ mō: cās: ordinem: formas ex diuinæ mētis ſtabilitate ſortit̃. Hæc in ſuæ ſimplicitatis arce cōpoſita multiplicē reb⁹ gerēdis modū ſtatuit: qui modus cū ipſa diuinæ intelligentiæ puritate cōſpicit̃: Prouidētia noīatur. Quū uero ad ea quæ mouet: atq; diſponit refertur. Fatū a ueteribus appellatū eſt. De Fato multa Gelius lib. vi. Cicero in primo de diuinatiōe. Apuleius in lib. de Mūdo: Et Euſebi⁹ Pāphili lib. vi. Fato aūt oīa fieri credebāt. Stoici: ut ĩ lib. de fato docet Cicero. Vnde & Iulius Firmicus in primo. ita ſcribit. Si fatū nobis uitæ ianuas pādit: ſineq; uiuēdi Fatalis legis neceſſitas ſtatuit: quid eſt aliud qđ nō ſit poſitū in eius ptāte? Fato cōctat actus ēt noſtros uniuerſos: ſtudia: cupiditateſq; cōtineri. Et Māilius. Fata regūt orbē certa ſtant oīa lege. Naſcētes morimur: finiſq; ab origīe pēdet. Et Tráq. ſcribit Tiberiū addictū mathematicæ: plerūq; pſuaſiōis cūcta fato agi: quā opinionē hic ēt ſeqtur Ouidius.

Prouidentia

Fatum

Fato omnia fieri

Parcæ tres

Sorores. Tres parcæ. Has Plato libro de re. p. x. ſcribit tres eē neceſſitatis filias. & æq̄li inuicē interuallo in throno ſedere: ueſtibus albis: capite coronato: Lacheſin. ſ. Clothon: & Atropō: quæ ad Syrenē Harmoniā canāt. Lacheſis qdē pterita: Præſentia Clotho: Atropos uero futura: & Clothon qdē cū matre ſimul intermiſſione quadā tpis dextra mano tangētē fuſi extimā circūferētiā uertere. Atropon uero ſiniſtra iteꝝ iteriores ſimiliter. Lacheſin deniq; uiciſſim utraq; manu utrinq; tangere. Illuc aīas ergo quū uenerint ſtatim oportere ad Lacheſin accēdere: ubi ilico propheta aliquis primum ſingulis diſponit in ordinem: poſtea quum ex genibus Lacheſis ſortes & uitarum exempla ſuſceperit: aliquod ſublime tribunal aſcendens ſic fatur. Neceſſitatis filiæ ipſi⁹ uirginis Lacheſis ꝑcōinm hoc. O aīæ diurnæ circuitus alterius initiū mortalis ac mortiferi generis non uos dæmon ſortiet̃: ſed uos dæmonem potius eligetis: Qui uero prior ſortem ceperit: prior eligat uitam: cui neceſſario inhærebit. Virtus autem inuiolabilis ac libera: quā pro ut honorabit quis: aut negliget: ita plus aut minus ex ea deniq; poſſidebit. Eligētis qdem culpa eſt oīs. Deus aūt extra culpā: hæc fatus ſortes ſuꝑ oēs fundit: ex q̄bus quilibet eam rapit: quæ ſuper ipm ceciderit: ueq; licet cuipiam quotus ordīe ſit agnoſcere: niſi quum ceperit: tunc. n. dūtaxat quotus ſit ſortius intelligit: poſt hæc item exempla uitaꝝ coram ipſis in paumēto diſponit multo plura q̄ quæ hic ad præſens apparent. Scribit ēt Lanctantius libro diuinaꝝ inſtitutionū ſecundo Parcas in ſingulis hoībus apparere. Omnia. n. tribus tpibus contineri præterito: præſenti: & futuro. Præterito eſt origo. Præſentis ſubſtantia. Futuri diſſolutio. Incipimus. n. quū naſcimur: & ſumus quū uiuimus: & definimus quū interimus. Vnde nō imerito poetæ tres parcas eſſe uoluere. Vnam q̄ Clotho appellata uitā hāc ordiat̃. Alterā quæ contexat: & lacheſis dr̃. Tertiam q̄ rūpat ac finiat: & Atropos

Parcarum officia

ILla dies hæc eſt q̄ te celebrare poetæ
Si modo non fallūt tpa bacche ſolēt,
Feſtaq; odoratis innectūt tpa ſertis:
Et dicunt laudes ad tua uina tuas.
Inter quos memini: dum me mea fata ſinebāt:
Non inuiſa tibi pars ego magna fui.
Quē nūc ſuppoſitū ſtellis erymāthidos urſæ
Iuncta tenet crudis ſarmatis ora getis
Quiq; prius mollem uacuāq; laboribus ægi
In ſtudiis uitam pieridumq; choro.
Nunc ꝓcul a patria geticis circūſonor armis:
Multa prius pelago multaq; paſſus humo
Siue mihi caſus: ſiue hoc dedit ira deorum:
Nubila naſcenti ſeu mihi parca fuit:
Tu tamen e ſacris me de cultoribus unum
Numine debueras ſuſtinuiſſe tuo.
An dominæ fati quicquid cecinere ſorores

nominatur

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

nominatur. Idem quoq; ita refert Apuleius. Sed tria fata ſunt. Numerus cum rōne tēporis faciens ſi ptātē eo⁊ ad eiuſdē ſimilitudinē tēporis referas. Nā qđ in fuſo ꝓfectū eſt pteriti tēporis habet ſpeciē. Et qđ torquetur in digitis momēti pſentis indicat ſpatia. Et quod nūdū colo tactū eſt: ſubactūq; cura digitorum: id futuri & conſequentis ſæculi poſteriora uidet oſtēdere. Hæc illis cōditio ex nominū eorūdē ꝓprietate cōtingit: ut ſit Atropos præteriti tpis fatū. Lacheſis a fine cognominata: q̄ ēt illis quæ futura ſūt finē ſuū deus dederit. Clotho præſentis tpis habet curā: ut ipſis actionibus ſuadeat: ne cura ſolers rebus omnibus **Atropos Lacheſis Clotho**
deſit.

> Omne ſub arbitrio deſinit eſſe dei:
> Ipſe quoq; æthereas meritis inuectus i arces:
> Quo non exiguo facta labore uia eſt.
> Nec patria ē habitata tibi ſed ad uſq; niuoſum
> Strymona: uenisti: marticolamq; geten
> Perſidaq; & lato ſpatiantem flumine gangē:
> Et quaſcunq; bibit decolor indus aquas.
> Scilicet hanc legem mentes fatalia parcæ
> Stamina bis genito bis cecinere tibi.

Sub arbitrio dei. Sub dei uolūtate. Nā fata ne ab ipſis qdē īmutari poſſe exiſtimabāt: ut Senecæ uerſib⁹ ſupius docuimus. Vnde illud legimus Fatū ipſum exuperat Iouē: & illđ Fato ſtat iupiter ipſe. Ipſe quoq; æthereas. Probat bacchi exēplo fata non eē ſub dei arbitrio: ſiquidē ille poſt maximos labores cœlum aſcēdit. Non pria. Thebas itellige. Strymona. Strymon fluuius eſt: q in cōſinio Thraciæ & Macedoniæ ex Aemo decurrit: ibi p æſtum maxime grues morant. Vnde Maro eas Strymonias appellauit. Marticolāq; geten. Thracia. n. ſecūdū indos oīum maxima: in qua getæ fuerunt: deos coluit: Martē: Libe⁊: Dianā: ac Mercuriū ut ſcribit Herodotus. **Strymon**

Perſidaq;. Perſis (ut ſcribit Dionyſius) tota altiſſimis uallatur mōtib⁹ initiū capiēs a portis Caſpiis: qua iter in auſtrū atq; uſq; ad mare ꝓtenditur: quod ab ea Perſicū eſt appellatū. De Perſide regione plura diximus in primo de arte amādi. Et lato ſpatiātē flumine gāgē. **Perſis** Ganges (ut ſcribit Strabo) Indiæ fluuius eſt maximus oīum fluminū: qui in tribus continētib⁹ memorant: Poſt id Indū ponūt: Tertiū Iſtrum: Quartū Nilū. Quidā minimā eius latitudinē. xxx. ſtadio⁊ dicūt: qdā trium: Megaſthenes ad cētū eū ſtadia dilatari exiſtimat: minimā uero ꝓfūditatē. xx. paſſuum. Plutarch⁹ ſcribit eſſe eius latitudinem duorum & triginta ſtadiorum: profunditatem uero paſſuum centum. Gangen quidā incertis fontibus ut nilū: rigātēq; uicina eodē modo. Alii in Scythicis mōtibus naſci dixerūt: influere in eū. xix. amnes: autor Plynius. De eo Curtius ita ſcribit. Gāges oīum ab oriēte fluuius eximi⁹ a meridiana regione decurrit: & magno⁊ montium iuga recto alueo ſtringit. In eum obiectæ rupes inclinant ad oriētem: accipitur rubro mari findens ripas: multaſq; arbores cum magna ſoli parte exorbet. Saxis quoq; ipeditus: quibus crebro reuerberatur: ubi mollius ſolum reperit: ſtagnat: inſulaſq; molitur: ut nō immerito Ouidius eum lato flumine ſpatiari dixerit. De Gange & India plura Diodorus lib. iii. apud quem etiā legimus Indiam a Baccho deuictam: quod ēt ita oſtēdit Ouidius in Met. Oriens tibi uictus ad uſq; Decolor extremo qua cingitur India gange. **Ganges**

Decolor indus. Indiæ populus niger & mali coloris. Sunt. n. indi nigri Apuleius. Nec miror q̄ ganges apud indos unus omnium amnis Maximus eois regnator aquis: in flumina centum Diſcurrit: centum ualles: illi: oraq; centum: Oceaniq; fretis cēteno iungitur amni: Nec q̄ iiſdem indis ibidem ſitis ad naſcētem diē: tamen in corpore color noctis eſt. Et Tibullus. Illi ſint comites fuſci: quos india torret ſolis & admotis inficit ignis equis. **Indi nigri** Quod aūt nigri alibi: alibi cādidi hoies naſcantur Zonas efficere Iulius Firmicus ſcribit. Quæcunq; enim gens hominum illi adiacet zonæ: q̄ ſempiterna aduſtione ignis: licet ſit ſub eius zonæ partibus collocata: quæ eſt compoſita moderatiōe formata: & ad fingendos tñ colores hoīum ignem ſibi ex uicinæ ſocietatis coniunctionibus imitatur: ut hoīes ad imitationem inuſtarum re⁊ atri ſemper forma coloris infuſcet: Quæ uero partes glacialibus adiacēt zonis: quæ uiduatæ: ac deſertæ ſolis ardoribus perpetuis pruina⁊ niuibus opprimunt: gentes illas hominū: quas in uicino poſita zona ꝓgenerat: nitido faciunt honore: ſplendidi candoris ornari: Sed & in his regionibus: quæ candidos homines procreant: & in illis rurſus: quæ nigros ad uariandas hominum formas ſtellarum plurimum poteſtas operatur: & unicuiq; hominum licet coloris ſit una ſubſtantia: diuerſam tamen ſpeciem deformationis aſſignat: Zonarum igitur eſt: q̄ nigri: uel candidi ſunt: Stellarum uero: q̄ in illa unitate coloris diſſimilium formarum uarietatibus corporantur: **Cur alibi nigri: alibi candidi homines naſcuntur** Scribit etiam Dionyſius: ad orientē ſitam eſſe Indiæ regionem: quæ licet omnium ſit extrema: eſt tñ omnium iucundiſſima & in ipſis oceani labris ſita: quam ſol quum primum incipit emergere: atq; ab oceano caput extollere primam eſſe ferunt: quæ illius radiis incendit: & ꝓpterea nigros homines: & craſſos a natura procreare. Comas ferunt denſiſſimas haud diſſimiles hiacyntho. **Indiæ regio** Quod aūt Bacchus totum ferme orbē peragrarit: circūducens ſecū exercitum nō modo uiro⁊: ſed ēt fœmina⁊ docet Diodorus libro tertio: ſed plenius in quarto: & quinto.

Bis genito bis cecinere tibi. Bis genitum appellat: quoniam primum ex uentre Semeles: deinde ex femore Iouis in lucem uenit. Nam (ut ſcribit Diodorus) Semele ante partum fulmine icta Iouem tradunt ſumptum in femore infantem: ut clam Iunone eſſet: uſq; ad pariendi tempus abſcondiſſe: inq; Naxo inſula natum filiæ Coronidi cliediq; loci nymphis præbuiſſe educandum. **Bacch⁹ bis genitus** Fulminaſſe autem ante partum Semelen: ut nō ex mortali: ſed ex duobus diis ortus e ueſtigio fieret īmortalis. Vnde Ouidius in met. eū iterum ſatum appellat ſolumque bimatrem: Fabulam refert Diodorus in quinto: & Ouidius met. libro tertio.

L ii

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Cur bacchus bis genitus

Bis autem illum ex Ioue natum ideo fingunt qm̄ uites Deucalionis tempore una cum cæteris arborib*us*
diluuio ſint abſumptæ deinde iterum exortæ:ueluti hæc ſecunda extiterit dei apud omnes procreatio:
qua ex Iouis femore natum denuo hunc deum ſcribunt:autor Diodorus. Me quoq;.Hoc dicit. Quem
admodum ſubiectus fuiſti fatis o Bacche:ut orbem peragrares:ſic illa mihi hác ſortem dedere. Quem
magna locutum.Capaneum deſignat:de quo abūde ſuperius diximus. Vatem.Me tuum poetam. Ad
monitis noſtris.In quibuſdam exemplaribus magis emendate legitur Admonitis matris:ut ad Semelem

Me quoq; ſi fas ē exēplis ire deorum:
  Ferreas ſors uitæ difficiliſq; premit
Illo nec melius cecidi:quē magna locutum
  Reppulit a thebis iuppiter igne ſuo.
Vt tamē audiſti pcuſſum fulmine uatē:
  Admonitis matris condoluiſſe potes.
Et potes aſpiciēs circum tua ſacra poetas
  Neſcio quis noſtri dicere cultor abeſt.
Fer bone liber opē:ſic altera degrauet ulmū
  Vitis:& incluſo plena ſit uua mero.
Sic tibi cum bacchis ſatyroꝝ grata iuuētus
  Adſit & attonito non taceare ſono.
Oſſa bipēniferi ſic ſint male pſſa lycurgi:
  Impia nec pœna pētheos umbra uacet.
Sic micet æternū:uicinaq; ſydera uincat
  Coniugis in cœlo clara corona tuæ
Huc ades:& caſus releues pulcherric noſtros

Bacchi matrem referas:quæ Iouis fulmine cō
flagrauit:quemadmodū poeta Auguſti ictu p
ſtratus ē. Sic altera degrauet ulmū uitis. Sic
ſit uuæ copia maxima in tuis uitibus ulmū cō
plexis:qđ maritare appellant. Vnde & Vlmus
marita uitiū dicitur.Cōmodiſſime autem Vl
mus uitem patitur. De Maritanda autē uite le
gito Columellam libro tertio. Sed in ſexto co
pioſius idem exequit̃. Altera uitis.Duæ enī
uites applicitæ & religatæ uni ulmo innitebā
tur:qđ docet Columella his uerbis. Circa uer
nū deīde Aequinoctiū binæ uites quo celeri⁹
ulmū ueſtiāt:pedē inter ſe diſtātes ſcrobib⁹ re
ponēdæ.Inueni tamē Patauii in ea cōſpicua &

Bibliotheca patauina

celeberrima bibliotheca: Quæ iuncta eſt ædi
Diui Iohānis cognomēto uiridari: horrendæ
uetuſtatis Ouidiū in quo nō altera: ſed altam
ſcriptū eſt:ut ad ulmū referat̃. Mero īcluſo.
Vino intus latēti:hoc autē dicit: qm̄ Bacchus
uini uſum mortalib⁹ tradidit:ut ē autor Dio
dorus. Sic tibi cū bacchis. Tradūt Bacchum
in exercitu mulieꝝ copiā circūduxiſſe armatā
haſtis pāpinis iuolutis. Silenū quoq; pædago
gū ac nutritorē:q ei plurimū ad uirtutē & glo
riā reſq; bellicas pfuit.Satyroſq; ēt quoꝝ opa in ſaltationib⁹ ac tragœdiis oblectabat̃:eoꝝ.n.riſu ac ioco
uitā omnē fœlicē traducebat.De Satyris diximus abūde in enarrationibus in Ouidiū de arte amādi. At
tonito nō taceare ſono.Et ſacrificis celebreris:in quibus hominū clamore & ſtrepitu cymbaloꝝ ac tym
panoꝝ oīa reſonabāt:quā rē deſignat Ouidius is uerſibus. Tu biiugū pictis īſignia frænis Colla pmis lyn
cum:bacche ſatyriq; ſequūtur.Quiq; ſenex ferula titubātes ebrius artus Suſtinet:& pādo nō fortiter hæ
ret aſello.Quacūq; ingredieris clamor iuuenilis & una Fœmineæ uoces impulſaq; tympana palmis Con

Sonus baccharum in ſacris

cauaq; æra ſonāt longoq; foramine buxus. Attonito ſono.Sono bacchantum & furentum in tuis ſacris
ſic in primo de arte amādi.Sonuerūt cymbala toto.Littore:& attonita tympana pulſa manu.De clamo
re bacchaꝝ ita etiam ſcribit Dionyſius.Extant & aliæ nō lōge ab his inſulæ ſitæ cultrices q̄ maxime Bac
chi:in quibus Ammitarum mulieꝝ olim clariſſimorum niroꝝ coronatæ hedera:pendentibuſq; corym
bis intra ſe quaſi cōmotæ furore quodā concitantur:atq; cum ingenti clamore elato Bacchum uociferā
tes noctu ipſi deo ſacra ex ritu perficiunt:haud enim ſic in ripis Thraici Abſynti Biſtorides conſueticium
Bacchū proclamant.Neq; ſic indi pueri apud Gangem tripudiant ſtridentes ſonoro cantu: quēadmodū
ibi mulieres illæ Bacchum celebrantes obſtrepunt deo:ac ſaltātes uota perſoluunt:alibi plura diximus.
Oſſa bipenniferi.Inſignes inter eos in quos animaduertit Bacchus ferunt græcum Penthea:cuius fabu

Lycurgus a Baccho uictus

lam habes apud Ouidium in met.Ninum indoq; regem:Lycurgum thracem.Tradunt.n.Bacchū ex Aſia
in Europam cū exercitu tranſituꝝ:cum Lycurgo thracum:qui ſunt ad helleſpōtum ſocietatem coiiſſe.
Quum fœminas primum in thraces uelut amicos traduxiſſet:uiciſſe Lycurgum nocte milites ſuos Bac
chū aggredi:ipmq; & pellices oēs obtrūcari:his per quēdā accolam Tharopē noīe cognitis territus Bac
chus quū nondū tranſfretaſſent milites amicoꝝ pſidio occultem ad exercitum trāſiit.Lycurgus pellices
aggreſſus oēs interemit:At Bacchus exercitu traducto Thracem pugna ſuperatā captūq; priuauit oculis
domeſticis eius cruce affixis Tharopi uero beneficii memor Thracum imperiū cōceſſit:ac ritū orgia ce
lebrandi tradidit.Ouidius uero ſcribit Lycurgū thracum regē fuiſſe:qui Bacchum deū eſſe negabat:ob
qđ dum conaret̃ ſecuri uites incidere:crura ſibi amputauit.Vnde bipennifer appellatur. Ouidi.in met.
Penthea tu uenerande bipenniferūq; lycurgū Sacrilegos mactas. Vmbra pentheos.Penthei aīa. Cla

Corona ariadnæ

ra corona.Ariadnē a Theſeo in Naxo inſula deſtitutam Bacchus uxorem duxit:& ut ſydere clara foret:li
ber ſumptā coronā in cœlum iecit dicente Ouidio.Sūptā de fronte coronā Immiſit cœlo:tenues uolat il
la per auras.Dumq; uolat:gemmæ nitidos uertuntur in ignes Conſiſtuntq; loco ſpecie remanente coro
næ.Qui medius nixiq; genu eſt anguemq; tenentis:Fabulā etiam refert Ouidius in primo de arte aman
di ubi nos quoq; plura diximus:De corona uero Ariadnæ legito Higinū:qui rē multis uerbis pſequitur.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Vnum de numero ſis memor eſſe tuo.
Sunt diis inter ſe commercia flectere tenta
Cæſareum numen numine bacche tuo.
Vos quoqꝫ conſortes ſtudii pia turba poetæ:
Hæc eadem ſumpto quiſqꝫ rogate mero.
Atqꝫ aliquis ueſtrum naſonis nomine dicto
Apponat lachrymis pocula mixta ſuis.
Admonituſqꝫ mei cum circũſpexerit omnes
Dicat ubi eſt noſtri pars modo naſo chori.
Idqꝫ ita:ſi ueſtrum merui candore fauorẽ:
Nullaqꝫ iudicio littera læſa meo eſt.
Si ueterum digne ueneror conſcripta uirorũ
Proxima non illis eſſe minora reor.
Sic igitur dextro faciatis apolline carmen.
Quod licet inter uos nomẽ habere meum.

[L]ittore ab euxio naſonis epiſtola ueni
Laſſaqꝫ facta mari laſſaqꝫ facta uia.
Qui mihi flẽs dixit tu cui licꝫ aſpice
Heu q̃to melior ſors tua ſorte mea ẽ.(romã
Flẽs quoqꝫ me ſcripſit:nec q̃ ſignabar ad os ẽ
Ante ſed ad madidas gẽma relata genas.
Triſticiæ cauſam ſi quis cognoſcere quærit:
Oſtendi ſolem poſtulat ille ſibi.
Nec frondes ſiluis:nec apto gramina campo
Mollia:nec pleno flumine cernit aquas:
Quid priamꝰ doleat mirabitꝰ hectore rapto?
Quidue philoctetes ictus ab angue gẽat?
Dii facerẽt utinam talis ſtatus eſſet in illo.
Vt non triſtitiæ cauſa dolẽda foret.
Fert tamẽ ut debet:caſus patiẽter amaros
More nec indomiti fræna recuſet equi.
Nec fore perpetuam ſperat ſibi numinis irã:
Conſcius in culpa non ſcelus eſſe ſua.
Sæpe refert ſit quãta dei clemẽtia:cuius
Se quoqꝫ in exẽplis annumerare ſolet:
Nam quod opes teneat patrias qđ noia ciuis
Deniqꝫ quod uiuat munus habere dei:
Te tamen o(ſiquid credis mihi)charior illi
Omnibus:in toto pectore ſemper habet.
Teqꝫ menœtiadẽ:te qui comitatus oreſtẽ.
Te uocat ægiden:euryalumqꝫ ſuum.
Nec patriam magis ille ſuã deſiderat:& quæ
Plurima cum patria ſentit abeſſe ſibi:
Quã uultus oculoſqꝫ tuos o dulcior illo
Melle quod in cæris attica ponit apis.

¶ Eſſe unum de tuo numero:Me unũ eſſe de tuis poetis. Cãdore.Mea integritate. Nullaqꝫ iudicio.Si nullius ueſtrum carmen notaui unquam:aut ſi in quenquam ueſtrum mordacem uerſum nunq̃ diſtrinxi. Proxima non illis.Si arbitror proxima ueſtra carmina antiquis non eſſe inferiora. Proxima autem aut uicina : aut nuper a uobis edita . Dextro apolline.Propitio Apolline. Nomen habere meum.Solo nomine ſim uobiſcum: quandoq̃ dẽ corpore non poſſum ꝓpter Auguſtum.

In Quintam Elegiam Enarratio.

[L]ittore ab euxino.Epiſtolam ab Euxino littore romam ueniſſe:coràqꝫ laudantẽ amici fidem inducit Ouidius.Eum poſtremo precatur:ut ſe conſtanter tueatur . Epiſtola naſonis. Ego Ouidii epiſtola. Qui flens.Qui Ouidius plorans. Cui licet.Cui epiſtolæ fas eſt nõ enim es exul ut ego ſum . Oſtendi ſolem. Quaſi dicat cæcus eſt:ſi triſtitiæ cauſam nõ uidet. Mirabitur.Afficietur admiratione:qui Priamum Hectoris mortem lugentem uidet: & eius luctus cauſam quærit:Quibus uerbis deſignat non aliter hunc facere:q̃ eum: qui triſtitiæ ſuæ cauſam uidet:& quærit. Ictus ab angue.Vel ſagitta ueneno hydræ illata pcuſſus:uel re uera a ſerpente ictus ut diximus ſupra. In illo.In Ouidio. Numinis. Auguſti.

Sæpe refert.Sæpe narrat Ouidi. Solet ſe annumerare.Solet ſe unũ ex his profiteri: ĩ quos clemens fuit Auguſtus. Munus habere dei. Subaudi refert ſe habere . Te tamen . Ordo eſt.Tamen o amice charior illi naſoni omnibus amicis:ſi quid credis mihi : Ouidius ſemper habet te in pectore. Menœtiaden. Amiciſſimum:ut Patroclus Menœtii filius Achilli fuit.Te qui comitatus oreſten . Te etiam eo amore ꝓſequitur:quo Pylades Oreſtẽ. Aegidem.Theſeum pirithoi amicum Aegei filiũ.

Euryalumqꝫ ſuum.Niſi & Euryali amor notus eſt carmine Vergiliano. Et quæ pluria. Vxorem:fortunas: & alia id genus. Attica apis. Hymetus mons eſt atticæ regionis : qui floribꝰ ſemp ueſtitꝰ.Hic(ut Strabo ſcribit)mel gignit optimum:quod cuncta bonitate ſuperat:Scribit etiam Plynius Mellis attici in toto orbe ſummam laudem exiſtimari : Sane Mel Atticum ſeu Hymetium:Siculum:uel Hyblæum:& Calymnium a ſcriptoribus maxime celebratur:Mellis autem uſum Ariſteo aſcribit Diodorus.

Hymetus
Mel hymetium ſeu atticum
Mella preſtantiſſima
Mellis uſus



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Illud tempus. Quo una uiximus. Contagia. Cōſternationem. Subitæ cladis. Subtili exilii. Ictæ domus. Domus Ouidii auguſti ira percuſſæ. Senſit tamen omnia. Tamen oēs amicos cognouit. Se. Ipſo Ouidio. Quam: ſubaudi opē. Foret ſolandus. Quia non minus ipſo Ouidio doluiſti. Siue diem uideat. Siue uiuat. Nec ſinet ille tuos. Nec permittet te fruſtra apud illum collocaſſe beneficiū. Ille enim littus arat qui operam perdit: & fruſtra laborat: Ouidius in epiſtolis. Non ꝑfectu ris littora bob⁹ aras. Ipſa ro. Ipſa epl'a peto.

In Sextam Elegiam Enarratio.

ANnuus aſſuetum. Seipſum hortat̃ ad celebrandum uxoris natalē: pro qua bene precat̃: diēq; laudat: qui eam elegantiſſimis moribus in lucem protulit. Et quãuis digna eſſet fœliciori fortuna eam tamē hortatur: ut omnia æquo animo ferat: ſiquidem eius uirtus: non niſi in aduerſis perſpici poterat. Demum deos precatur: ut ſi nolint ſibi parcere: ſaltem uxori innocenti ignoſcát. Laertius heros. Vlyſſes Laertii filius. Diem coniugis: Natalem uxoris Penelopes. Lingua fauens. Lingua mea bonis uerbis intēta: quid autem ſit linguis fauere diximus ſupra.

Bona uerba

Bona uerba. Verba læta: & bene precantia: quibus antiqui die natalitio utebantur. Tibullus. Dicamus bona uerba uenit natalis ad aras. Quiſquis ades lingua uir: mulierq; faue. Semel. Meo tantum natali. Ordo eſt. Et ueſtis alba decolor meis fatis: q̃ ſemel ſumitur mihi tot anno ſumatur. Decolor. Cōtrarii: & quaſi mali coloris: de ueſte aūt natalitia dictum eſt.

Genii ara in natali

Araq; gramineo. Genio natalē celebrantes arā erigebant: quam floreis ſertis ornabant. Tibullus Ipſe ſuos ad ſit genius uiſurus honores. Cui decorent ſanctas florea ſerta comas.

Fœminæ Iunoni ſacrificabant in natali

Fœminæ uero Iunoni ſacrificabant. Tibullus: Natalis iuno ſanctos cape turis honores. Quos tibi dat tenera docta puella manu. Da mihi tura puer. Tura aliiq; ét odores eodem die utebantur. Tibullus. Vrantur pia tura focis: urantur odores: Quos tener e terra diuite mittit arabs: Et alibi. Mane geni cape tura libēs: uotiſq; faueto.

Quatenus Quatinus

Quatenus. Quouſq;. Quatenus enim per e aduerbium eſt temporis: uel loci: per i uero coniunctio cauſalis: ut docet Caper. In charo coniuge. In me charo marito. Cætera pars uitæ. Reliquus uitæ meæ uxoris curſus. Triſti nube. Triſti infortunio. Adiicerem & noſtros. Precarer inquit ut annis eius noſtri quoq; accederent. Sed me contagia fati. Sed uereor ne fata mea infœlicia annorum uxoris fœlicitatem corrumpant.

Sæpe ét mœrēs tēpus reminiſcitur illud:
Quod nō præuētum morte fuiſſe dolet.
Cumq; alii fugerēt ſubitæ contagia cladis
Nec uellēt ictæ limē adire domus.
Te ſibi cum paucis meminit manſiſſe fidelē:
Si paucos aliquis treſue duoſue uocat.
Quãuis attonitus ſenſit tamē omnia: nec te
Se minus aduerſis indoluiſſe ſuis.
Verba ſolet uultumq; tuū gemituſq; referre:
Et te flēte ſuos demaduiſſe ſinus.
Quã ſibi præſtiteris: qua conſolatus amicū
Sis: ope ſolandus cum ſimul ipſe fores.
Pro quibus affirmat fore ſe memorēq; piūq;:
Siue diē uideat ſiue tegatur humo.
Per caput ipſe ſuum ſolitus iurare tuumq;
Quod ſcio non illi uilius eē ſuo.
Plena tot & tantis referetur gratia factis
Nec ſinet ille tuos littus arare boues
Fac modo cōſtanter ꝓfugum tueare: quod ille
Qui bñ te nouit non rogat ipſe rogo.

ANnuus aſſuetū dñæ natalis honorē
Exigit: ite manus ad pia ſacra meæ.
Sic quōdã feſtū laertius egerat heros
Forſan in extremo coniugis orbe diē.
Lingua fauēs adſit noſtrorū oblita laborum:
Quæ puto dedidicit iam bona uerba loq.
Quæq; ſemel toto ueſtis mihi ſumitur anno
Sumatur fatis decolor alba meis.
Araq; gramineo uiridis de ceſpite fiat:
Et uelet tepidos nexa corona focos:
Da mihi tura puer pingues faciētia flãmas:
Quodq; pio fuſum ſtridat in igne merum.
Optime natalis: q̃uis procul abſumus opto
Candidus huc uenias diſſimiliſq; meo.
Si qd & inſtabat dominæ miſerabile uulnus:
Sit perfuncta meis tēpus in omne malis.
Quæ graui nup pluſq̃ quaſſata ꝓcella ē:
Quod ſupeſt tutum p mare nauis eat.
Illa domo nataq; ſua patriaq; fruatur:
Erepta hæc uni ſit ſatis eē mihi.
Quatenus & nō ē in caro coniuge fœlix
Pars uitæ triſti cætera nube uacet.
Viuat: ametq; uiꝫ: quoniam ſic cogit̃ abſens:
Conſumatq; annos ſed diutnrna ſuos.
Adiicerē & noſtros ſed ne contagia fati



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶ Quos agit ipſa. Annos ipſius uxoris. Senſus. Intelligẽtia. Fumus enim uidet̃ q̃ſi futura prænoſcere. Ineſt nebulis. Eſt fumo. Exigit. Emittit. Conſiliũ meum. Meã deliberationẽ qa nõ portẽdũt mihi fœlicitatem ut credebam. Cætera. Reliqua ſigna. Conſiliũ cõmune. Conſilium huius ſacri eſt mihi cum uxore cõmune. In ara. In rogo. Hoc aũt exemplo oſtendit ſenſum eſſe igni in his ſacris. Fratrib⁹ Eteocli & Polynici: quorũ bella nota ſunt Diodori & Papinii monumẽtis: mutuis eñi ictibus cecidere. Ipſa ſibi diſcors. Quũ Polynicis cadauer ĩpoſitus fuiſſet Eteoclis rogo ſubito flãma diſceſſit: dicẽte Papinio libro thebaidos duodecimo. Ecce iterũ frĩs primos ut cõtigit art⁹ Ignis edax: tremuère rogi: & nou⁹ aduena buſti Pellit̃: exũdãt diuiſo uertice flãmæ alternoſq; apices abrupta luce corruſcãt. Et Lucan⁹. Veſtali raptus ab ara Ignis & oſtendẽs cõfectas flãma latinas Scindit̃ ĩ ptes: geminoq; cacumine ſurgit Thebanos imitata rogos. Tanq̃ mãdetur. Tanq̃ flãmæ iniungat̃: ut ita ſeparet̃ Battiades. Callimachus poeta. Ab alto. Ab aere: legitur ẽt ab arcto.

Flãma diuiſa in eteoclis rogo

Corrumpant timeo quos agit ipſa mei.
Nil homini certũ eſt: fieri quis poſſe putaret:
Vt facerẽ in mediis hæc ego ſacra getis?
Aſpice: ut aura tamẽ fumos e ture coortos
In partes italas & loca dextra ferat:
Senſus ineſt igitur nebulis quas exigit ignis
Conſilium fugiunt cætera pene meum.
Conſiliũ cõmune ſacrum cum fiat in ara
Fratribus alterna: qui periere manu.
Ipſa ſibi diſcors tanq̃ mandetur ab illis
Scinditur in partes atra fauilla duas.
Hoc (memini) quondã fieri nõ poſſe loq̃bar
Et me battiades iudice falſus erat.
Oĩa nunc credo cũ tu nõ ſtultus ab alto
Terga uapor dederis: auſoniamq; petas.
Hæc igitur lux eſt quæ ſi nõ orta fuiſſet:
Nulla fuit miſero feſta uidenda mihi.
Edidit hæc mores illis heroibus æquos
Quis erat eurytion icariuſq; pater.
Nata pudicitia eſt ſecum probitaſq; fideſq;.
At non ſunt iſta gaudia nata die.
Sed labor: & curæ: fortunaq; moribus impar:
Iuſtaq; de uiduo pene querela toro.
Scilicet aduerſis probitas exercita rebus
Triſti materiam tempore laudis habet.
Si nihil infeſti durus uidiſſet Vlyſſes:
Penelope fœlix: ſed ſine laude foret.
Victor echionias ſi uir penetraſſet in arces:
Forſitan euadnem uix ſua noſſet humus.
Cũ peliæ genitæ tot ſint cur cognita nobis
Nempe fuit miſero nupta quod una uiro?
Effice ut iliacas tangat prior alter harenas:
Laodomia nihil cur referatur erit.
Et tua (quod malles) pietas ignota fuiſſet.
Implerent uenti ſi mea uela ſui
Dii tamen & cæſar diis acceſſure: ſed olim
Aequarint pylios cum tua fata dies

Terga dederis. Fugeris Italiã uerſus ubi erat poetæ uxor: nec illic ubi ipẽ erat pmãſeris: aut ei boni aliq̃d portẽderis. Hæc lux. Hic dies natalitius. Hæc. Scilicet dies. Nulla feſta. Nulla dies feſta. Fuit uidenda. Quia ſi hoc die non nata fuiſſet uxor: illũ non celebrarẽ.

Illis heroib⁹. Illis claris & illuſtrib⁹ fœmis: quas ipſe poeta heroidas appellat. Quis erat eurytiõ. Ita q̃dẽ ĩ oĩb⁹ legit̃ exẽplarib⁹. Emendate ãt ñ Eurytiõ: ſed Eetiõ ſcribẽdũ affirmo: ut ad ãdromachẽ Hectoris referat̃: q̃ Eetiõis filia fuit: ut meminit Stra. lib. xiii. Tenuit autẽ Eetion Tenedõ dicẽte Oui. lib. iiii. faſtorũ Et tenedõ ueteres Eetionis: opes: q̃ ãt andromache caſtiſſima fuerit: docet Oui. in ultĩa huius libri elegia quũ inq̃t. Cernis ut admeti cãtet̃ ut hectoris uxor. Icariuſq; pr̃. Icarius pr̃ fuit Penolopes. Nata pudicitia eſt ſecũ. Diẽ laudat ut uxoris laudes aggerãdo: oſtendat ſola gaudia ei defuiſſe: Pene iuſta. Quaſi æq̃: nã quaſi iuſte q̃rit̃: q̃ mea cã uidua ſit. Exercita. Probata. Hic autem refelli ea oĩa q̃ infœlicitatis loco annumerauerat. Victor echionias. capaneũ deſignat de quo diximus. In arces echionias. In arces thebanas. Echiõ enim fuit unus ex ſociis cadmi: q cũ eo thebas condidit.

Eetion pater andromaches

Echion

Euadnẽ. Vxorẽ capanei: cuius mors nota ẽ. Quum peliæ genitæ tot ſint. Pelias filius fuit Neptũi ex Tyro nympha filia Salmonei regis Salamine ut ſcribit Homerus in Odyſſea. Refert. n. hãc conſueuiſſe circa ripas Eniphei fluminis delectari. Eã Neptunus ſũpta Eniphei forma uirginẽ cepit: & cũ ea cõcubuit: genuitque Peliã & Neleũ: cuius rei meminit ẽt Diodorus apud quẽ cõperio Peliæ filias tres fuiſſe: quarũ priorẽ Alceſtem nuptui dedit Iaſon poſt interfectum Peliã Admeto Theſſalo. Amphinomẽ arobremoni Leontei fratri: Euadnẽ uero œneo cephali tũc phoceotũ regis. Cur cognita nobis? In aliis exẽplaribus etiã ita legitur. Cur nobilis una eſt? Alceſtẽ autẽ intelligit: de qua plura diximus in enarrationibus noſtris in Ouidium de arte amandi. Miſero uiro. Infœlici marito Admeto. Alter. Quam Protheſilaus: cuius mortem alibi diximus. Laodomia. Ordo eſt: nihil erit cur Laodomia referatur. i. narretur in mariti amplexu periiſſe. Implerẽt uenti. Hoc eſt ſi res meæ ſecundæ eſſent: Eſt aũt a nauigantibus ſumpta trãſlatio.

Peliæ parẽtes

Neleus

Peliæ filias tres

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Sed illi parcite.Sed uxori ignoſcite. In Septimam Elegiam Enarratio.

TV quoq; noſtroꝶ. Querit᷑ ſe ab amico deſtitui:hortaturq; illū:ut cōſtāter in amicitia pſiſtat q̄ primo coluerar. Sarcina ſum.Sū iḡt tibi oneri & moleſtiæ. Palinure.Amice ſimilis palinuro:q amicū deſeris:ut ille nauē in medio curſu deſtituit ut docet Maro. Neue fides ſit minor tua arte.Ideſt nō min⁹ ſit officiū q̄ fides erga me tua. Debes.n.mihi & artē: & fidē pariter pſtare:ut optimus nauis gubernator:p artē aūt officiū amici ītelligit.Querit᷑ ergo fide ſola ſibi ab amico ſeruata:offm̄ deeſſe:quū utrāq; rē amic⁹ ab amico expectar᷑ debeat. Quā ſemel excepit.Quā ſemel pſtādā ſuſcepit.Sūt q legāt accepit: ſupior lectio magis placet. Nūq̄ nō.i.ſp. Podali-

Machaon Podalirius rius.Aeſculapius filios reliq̄t Machaonē:& podaliriū:q arti pr̄næ dediti:quū ad troiā cū agamēnone nauigaſſēt:plimū græcis in eo bello curādis ſūmo ſtudio uulnerib⁹ opitulati ſunt magnā ob id gloriā adepti.Meritis quoq; imunitas reꝶ oīum poſt bellū ē cōceſſa. Turpius eiicit᷑.Probat nō ſubeūdū on⁹ fuiſſe amiciciæ ſi illud đpoſitur⁹erat:idq; hoſpitis exēplo: cui turpi⁹ eē dicit illū ſeml' acceptū domo eiicer᷑: q̄ ſi oīo nūq̄ accepiſſet. Ara.Præſidiū. Tuū iudiciū.Tuā opionē quā de me hēbas. Nr̄a crimia.Nr̄æ crimiatōes. Quod cupio.Quā rē opto ut ſpūs e mēbris exeat. Strigāt᷑.Vulnerent᷑:feriāt᷑. Nr̄o delicto.Nr̄a maledicētia.

Et uidear.Et quā appeā. Merito.Iuſte:ſi te læſero. Vilior.Quā ſolebā:ul' q̄ nūc. Vt mea ſit lōgis.Vt ſim tibi irat⁹ pp maloꝶ meoꝶ lōgitudinē. Motā.Mētē eē agitatā. Agamēnōe natū.Oreſtē. Ille.Pylades. Hoc ē cū miſeris. Hoc dicit.Bt̄i cuꝫ miſeris hoc hn̄t ſolū cōe: ꝗ utriſq; obſeqū pſtari ſolet.q.d.mihi miſero obſeq debes:qn̄q dē obſeqmur ita miſeris: ut ut etiā beatis:quā rē tamē apte inuit īferi⁹ eo uerſu.Si mihi nō pcis:& reliq̄. Ambob⁹. Et btis & miſeris. Cedit᷑ & cæcis.Solem⁹ ēt obſeq & cedere cæcis trāſeūtibus. Et quos ptexta:Tertiū genus hoīum deſignat:q̄bus ēt obſeqmur hoc ē magr̄atus & cōſules:quos deſignat p ptextā & uirgaꝶ faſces:q a lictorib⁹ pferebant᷑:Illđ notādū Valeriū publicolā(autore Diony.)abſtuliſſe a faſcibus ſecures:conſti-

Cōſules in urbe faſcibus:extra ſecuribus utebantur tuiſſeq; futuris poſt ſe cōſulibus cōſuetudinē ut quū extra urbē eēnt:uterent᷑ ſecuribus:ītus uero tm̄ faſcibus ornarent᷑. Impioſa.Plena īperii:uel oſtētatrix īperii. Si mi.nō par.Si te mei tāq̄ amici nō miſeret. Fortunæ par.de. Debes miſereri fortunæ meæ īfœlicis. Non hēt in no.Solet.n.uſu uenire:ut quos iniuriæ īuiſos faciūt:gratioſos miſeriæ reddant ut eſt apud Valeriū. Iſto qđ q̄.Iſto malo qđ mihi obiicis. Illud.ſ.minimū de pte nr̄oꝶ laboꝶ.

Hybla Megara Hybla flo.Hybla urbs fuit Siciliæ:quam(ut Strabo ſcri.)Dorienſes cōdidere: ea urbs etiā Megara appellata fuit.Hyblā ab Hyblone rege Siculo:q eā incoluit noīatā docet Thucidides li.yi.eius ager floribus abūdabat.Martia-

Mel hyblæum lis.Florida p uarios ut ſpargit᷑ hybla colores. Quū breue ſicaniæ uer populant᷑ apes:ibi aūt

Habes hyblææ erat optimi mellis copia: Silius lib.xiiii. Tū q̄ nectareis uocat ad certamē hymetō Audax hybla fauis.Et Maro in bucolicis. Apes hyblæas appellauit.

Non mihi:qui pœnā fateor meruiſſe:ſed illi
Parcite:quæ nullo digna dolore dolet.
TV quoq; nr̄aꝶ quondā fiducia rerū
Qui mihi cōfugiū:q mihi port⁹ eras
Tu quoq; ſuſcepti curā dimittis amici
Officiiq; piū tam cito ponis onus.
Sarcina ſum fateor:quā ſi tu tēpore duro
Depoſiturus eras:non ſubeunda fuit.
Fluctibus in mediis nauē palinure relinqs:
Ne fuge:neue tua ſit minor arte fides.
Nunquid achilleos inter fera prælia fidi
Deſeruit leuitas automedontis equos?
Quā ſemel excepit nunquā podalirius ægro
Promiſſam medicæ non tulit artis opē.
Turpius eiicitur:quam nō admittitur hoſpes
Quæ patuit dextræ firma ſit ara meæ.
Nil niſi me ſolū primo tutatus es:at nunc
Me pariter ſerua iudiciumq; tuum.
Si mō non aliqua eſt in me noua culpa:tuāq;
Mutarunt ſubito crimina noſtra fidem.
Spirit⁹ hic ſcythica quē nō bn̄ ducimus aura
Quod cupio mēbris exeat ante meis.
Quā tua delicto ſtringant᷑ pectora noſtro.
Et uidear merito uilior eſſe tibi.
Non adeo toti fatis urgemur iniquis:
Vt mea ſit longis mēs quoq; mota malis.
Finge tn̄ morā:quotiēs agamēnone natum
Dixiſſe in piladen uerba proterua putas?
Nec procul a uero ē:qđ uel pulſarit amicū:
Manſit in officiis non minus ille ſuis.
Hoc eſt cum miſeris ſolum cōmune beatis:
Ambobus tribui quod ſolet obſequium:
Ceditur & cæcis:& quos prætexta uerendos.
Virgaque cum uerbis imperioſa facit.
Si mihi non parcis:fortunæ parcere debes:
Non habet in nobis ullius ira locum.
Elige noſtroꝶ minimum de parte laborum.
Iſto quod quæreris grandius illud erit.
Quam multæ madida celant᷑ arundine foſſæ
Florida quā multas hybla tuetur apes.

Quā

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Quã multæ gracili terrena ſub horrea ferre
Limite formicæ grana reperta ſolent.
Tam me circũſtat dēſorum turba malorum:
Crede mihi: uero eſt noſtra querela minor
His qui cõtẽtus nõ eſt in littus harenas:
In ſegetẽ ſpicas: in mare fundat aquas.
Intẽpeſtiuos igitur cõpeſce furores:
Vela neq; in medio deſere noſtra mari.

QVã legis ex illa tibi uenit ep̄la terra
Latus ubi æquoreis iſter aditur aqs
Si tibi contingit cũ dulci uita ſalute:
Candida fortunæ pars manet una meæ.
Scilicet ut ſemp quid agã chariſſime quæris:
Quamuis hoc uel me ſcire tacẽte potes.
Sum miſer: hæc breuis ẽ nr̄oꝝ ſumma laborũ:
Quiſq; & offenſo cæſare uiuet: erit.
Turba tomitanæ quæ ſit regionis: & iter
Quos habitẽ mores diſcere cura tibi eſt.
Mixta ſit hæc quamuis inter græcoſq; getaſq;
A male pacatis plus trahit ora getis.
Sarmaticæ maior geticæq; frequentia gẽtis
Per medias in equis itq; reditq; uias.
In quibus eſt nemo: qui nõ choritõ & arcũ:
Telaq; uipero lurida felle gerat.
Vox fera: trux uultus: ueriſſima mortis imago
Non coma: nõ ulla barba reſecta manu.
Dextera non ſegnis fixo dare uulnera cultro:
Quẽ uinctum lateri barbarus oĩs habet.
Viuit in his igitur tenerorum luſor amorum
Hos uidet: hos uates audit amice tuus.
Atq; utinam uiuat: & non moriatur in illis:
Abſit ab inuiſis hæc tamẽ umbra locis.
Carmina qđ pleno ſaltari noſtra theatro:
Verſibus & plaudi ſcribis amice meis.
Nil equidem feci (tu ſcis hoc ipſe) theatris.
Muſa nec in plauſus ambitioſa mea eſt.
Non tamẽ ingratũ eſt quodcũq; obliuia nr̄i
Impedit & ꝓfugi nomẽ in urbe refert.
Quamuis interdũ quæ me læſiſſe recordor
Carmina deuoueo: pierideſq; meas.
Cũ bene deuoui nequeo tamẽ eſſe ſine illis.
Vulneribuſq; meis tela cruẽta ſequor.
Quæq; mõ euboicis lacerata ẽ fluctibꝰ audet
Graia capharea currere puppis aqua.
Non tamẽ ut lauder uigilo curamq; futuri

¶ Gracili limite. Anguſto calle. Eſt minor uero. Minor eſt ipſa ueritate. His. Scilicet ex cuſationibus: quas adduxi. In littus harenas. Qui me plura mala poſſe exiſtimat: aut uellet habere: his quæ patior: ille maxio cumulo malorum meorum: maiorem etiam addit: & cupit quaſi impoſſibilia. Intẽpeſtiuos furores. Irã imaturã. Igiĩ. Quãdo premor tot malis.

In Octauam Elegiam Enarratio.

QVam legis. Amico quærenti quid ageret ĩ Scythia reſpondet breuiter Ouidius ſe miſerum eſſe: Poſtmodum Tomitanæ regionis incolarũ mores deſcribit. Deinde dicit ſtudiis poeticis animum detineri: ac paſci: & ſe carminibꝰ mala ſua obliuiſci. Latus Iſter. Spatioſus ille fluuius: de quo ſuperius abunde diximus. Vita cum dulci ſalute. Vita cum ipſa incolumitate hoc eſt ſi uiuis: & uales. Candida. Fœlix: proſpera. Vt ſemper. Subaudi q̃ris. Erit. Scilicet miſer. Inter græcoſq;. Græcorum enim colonia fuit Tomus: ut diximus ſupra. Plus trahit. Similior eſt getis: q̃ græcis. Sarmaticæ maior. Rationem aſſignat eius rei qua dixit: eam ſcilicet regionem habere plus barbarici: Chorytos q̃ græcitatis. Choryton. Chorytos (ut docet Lactantius grãmaticus) Theca arcus ſoliꝰ dicitur: ſicut Pharetra ſagittarum. Hic uero Choryton pro pharetra poſuit. ut etiam Silius eo uerſu. Choryti fratrum ex humeris: calamiq; paterni Pendebant. Et Statius Cœleſtibus implet Choryton telis. Felle uipereo. Felle ſerpentis. Eo enim ſagittas inficiunt getæ: ut docuimus. Lurida tela. Tela ſupramodũ pallida fellis aſpergine: Vergiliꝰ. Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ. Vinctum lateri. Alligatum lateri. Pleno theatro. Magna hominum frequentia: qui recitationi meorũ carminum interſunt in theatro. Nil feci theatris. Nulla mihi re ĩ theatro auram paraui: uel nullo carmine theatrum læſi: quemadmodũ Auguſtum præceptis amatoriis. In plauſus. Vt recitationi meorum carminum plaudaĩ: quod fieri ſolebat: quum opus recitatum placuiſſet. In ora refert Legitur etiam in urbe.
Fluctibꝰ euboicis. Vndis maris ægei: quod Euboiam inſulam alluit. Capharea aqua. Aqua eiuſdẽ maris ægei quaſi dicat: audet iterum nauigare per illud mare: ĩ quo ſemel naufragium fecit. Eſt autem Caphareus mons Euboicæ inſulæ ad Helleſpontum uerſus. Vergilius. Et Euboicæ cautes: ultroq; caphareus. Caphareus

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

¶ Siue homines. Subaudi ſpecto. Quāq; lupi. Scilicet habeāt. Pellibus. Rhenonibus: & brachis. Qui forte latie. Qui poſſit eē interpres inter latinū: & Tomitanum. Fiat tuta. Conſeruetur incorrupta: melius tamē legitur nō tuta: ſed muta ī alio codice. Vox mea: Mea uerba. Sono patrio. Latio ſermōe. Deſueta uerba. Verba iādiu a me ītermiſſa. Sic animum tēpuſq; traho. Eo modo animus geſcit: & fallitur: & tempus ita producitur. Reduco. Remoueo.

In Nonam Elegiam Enarratio.

NOn adeo cecidi. Inimicū ſibi inſultantē monet: ut memor fortunæ uarietatis minime lætetur eius exilio: & ruina: quandoquidē poſſit accidere ut in patriā redeat: illūq; uideat grauiore aliqua cauſa fugatum. Cecidi. Proſtratus ſum. Inferius. Vilius: & magis abiectum. In orbe dubio. In orbe ubi oīa īcerta ſunt. Fortunæ numē. Fortuna enim nō modo cæca exiſtimata fuit: ſed etiam uaga: inconſtans: incerta: & uaria. Vltrix rhamnuſia. Rhamnuſia: quam græci Nemeſin uocant dea ab antiquis indignationis credebatur. Indignabatur enim contra ſuperbos & elatos: ut in quadā noſtra Apologia autoritate Plynii & Strabonis docuimus. Et nūquam dixi. Quaſi dicat nunquam malo alieno gauiſus fui. Vilia qui quondam. Vidi etiam inquit diuitem redactum ad id inopiæ ut mendicaret.

Rhānuſia Nemeſis

Nominis: utilius quod latuiſſet: ego.
Detineo ſtudiis animum: falloq; labores:
Experior curis & dare uerba meis.
Quid potius faciam deſertis ſolus in oris?
Quāue malis aliā quærere coner opem?
Siue locū ſpecto: locus ē inamabilis: & quo
Eſſe nihil toto triſtius orbe pōt.
Siue hoīes: uix ſunt hoīes hoc nomine digni:
Quāq; lupi ſæue plus feritatis habēt.
Nō metuunt leges: ſed cedit uiribus æquū.
Victaq; pugnaci iura ſub enſe iacēt.
Pellibus & laxis arcēt mala frigora brachis:
Oraq; ſunt lō[illegible] horrida tecta comis.
In paucis extant græcæ ueſtigia linguæ.
Hæc quoq; iā getico barbara facta ſono ē.
Vnus in hoc nō ē populo qui forte latine
Quælibet e medio reddere uerba queat.
Ipſe ego romanus uates (ignoſcite muſæ)
Sarmatico cogor plurima more loqui.
Et pudet: & fateor: iam deſuetudine longa
Vix ſubeunt ipſi uerba latina mihi.
Nec dubito: qn ſint & in hoc nō pauca libello
Barbara: nō hominis culpa ſed iſta loci ē.
Ne tamē auſoniæ pdā cōmercia linguæ:
Et fiat patrio uox mea muta ſono.
Ipſe loquor mecū: deſuetaq; uerba retracto:
Et ſtudii repeto ſigna ſiniſtra mei.
Sic animum tēpuſq; traho: meq; ipſe reduco
A cōtēplatu ſemoueoq; mali.
Carminibus quæro miſerarū obliuia rerum:
Præmia ſi ſtudio cōſequar iſta: ſat ē.

NOn adeo cecidi: quis abiect⁹: ut īfra
Te quoq; ſim īferius quo nihil eē pt.
Quæ tibi res aīos ī me facit īprobe?
Caſib⁹ īſultas: quos potes ipe pati? (curue
Nec mala te reddūt mittē placidūq; iace[illegible]
Noſtra: qbus poſſunt illachrymaꝛ feræ.
Nec metuis dubio forrunæ ſtātis in orbe
Numē: & exoſæ uerba ſupba deæ.
Exiget at dignas ultrix rhamnuſia pœnas:
Impoſito calcas qui mea fata pede?
Vidi ego naufragiūq; uiros & ī æquoꝛ mergi
Et nunquā dixi iuſtior unda fuit.
Vilia q quōdā miſeris alimēta negarat:
Nunc mēdicato paſcitur ille cibo.

Paſſibus

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Paſſibus ambiguis fortuna uolubilis errat:
 Et manet in nullo certa tenaxq; loco.
Sed mō læta maēt: uultus mō ſumit acerbos:
 Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt.
Nos quoq; floruim⁹: ſed flos fuit ille caducus:
 Flammaq; de ſtipula noſtra breuiſq; fuit.
Neue tamen tota capias fera gaudia mente:
 Non eſt placandi ſpes mihi nulla dei.
Vel quia peccaui citra ſcelus: utq; pudore.
 Non caret inuidia ſic mea culpa caret.
Vel quia nil ingens ad finem ſolis ab ortu
 Illo cui paret mitius orbis habet.
Scilicet ut per uim non eſt ſuperabilis ulli:
 Molle cor ad timidas ſic habet ille preces.
Exemploq; deū quibus acceſſurus & ipſe eſt
 Cum pœnæ uenia plura roganda petam.
Si numeres anno ſoles & nubila toto:
 Inuenies nitidum ſæpius eſſe diem.
Ergo ne nimium noſtra lætere ruina:
 Reſtitui quondam me quoq; poſſe puta:
Poſſe puta fieri lenito principe: uultus
 Vt uideas media triſtis in urbe meos.
Vtq; ego te uideam cauſa grauiore fugatum:
 Hec ſunt a primis proxima uota meis.

O Tua ſi ſineres ī noſtris nomina poni.
 Carminib⁹: poſit⁹ q̄ mihi ſæpe fores
 Te canerē ſolū meriti memor: inq; li
Creuiſſet ſine te pagina nulla meis. (bellis.
Quid tibi deberē tota [redacted] ſciretur ī urbe:
 Exul in amiſſa ſi tamen urbe legor.
Te præſens mitē noſſet: te ſerior ætas:
 Scripta uetuſtatē ſi modo noſtra ferunt.
Nec tibi ceſſaret doctus benedicere lector:
 Hic te ſeruato uate maneret honor.
Cæſaris eſt primū munus: qd̄ ducimus auras
 Gratia poſt magnos eſt tibi habenda deos.
Ille dedit uitā. tu quam dedit ipſe tueris:
 Et facis accepto munere poſſe frui.
Cumq; phorreret caſus pars maxima noſtros
 Pars etiam credi pertimuiſſe uelit.
Naufragiūq; meū tumulo ſpectaret ab alto:
 Nec dederit nanti per freta ſæua manum.
Seminecē ſtygia reuocaſti ſolus ab unda:
 Hoc quoq; qd̄ memores poſſum⁹ eē tuū ē.
Dii tibi ſe tribuāt cū cæſare ſemper amicos.
 Non potuit uotum plenius eē meum:

¶ Paſſibus ambiguis. Incerto greſſu. Fortuna enim incerta eſt quam rem etiam docuit Maro eo uerſu. Multa dies uariuſq; labor mutabilis æui Rettulit in melius: multos alterna reuiſcens Luſit: & in ſolido rurſus fortuna locauit. Et Auſonii de fortuna tale extat epigramma. Fortuna nunquam ſiſtit in eodem ſtatu. Semper mouet: uariat ac mutat uices. Et ſumma in imum uertit: ac uerſa erigit. De fortuna plura etiam legito apud Plyniū. Tenaxq;. Et firma: Et tm̄ conſtans. Et tantum inquit firma manet in ipſa leuitate. Non eſt nulla. Eſt aliqua. Dei. Cæſaris. Vel quia peccaui. Rationem aſſignat quare ſperet Cæſarem leniri poſſe. Citra ſcelus. Sine ſcelere: ſed errore: & imprudentia. Vtq; pudore. Non caret. Et ut meū crimen non caret ignominia: Vel certe. Vt me inquit non pudet Cæſaris: ſic apud illud odio careo. Inuidia enim hoc in loco pro odio accipitur: ut apud Terentium. Vt ſine inuidia laudem inuenias & amicos pares. Vel quia nil ingens. Ordo eſt. Vel quia ingens orbis habet nil mitius: & reliqua. Illo. Scilicet Cæſare. Cui paret. Cui ipſe orbis ſubiectus eſt. Molle cor. Cor facile & placabile. Ad preces timidas. Ad humiles preces. Exemplo deum. Deorum exemplo: qui ſolent ueniam mortalibus concedere. Aut qui magis proſūt: q̄ obſint. Et ipſe. Etiam ipſe Auguſtus. Eſt acceſſurus. Eſt peruenturus in numerum deorum. Cum uenia pœnæ. Vt mihi ignoſcat. Plura roganda. Plura q̄ ab eo petiturus ſum: hoc eſt petam ab eo ut mihi ignoſcat & alia q̄dam. Si numeres. Oſtēdit deos plus de mortalibus bene mereri. Vtq; ego te uideā. Subaudi. Et puta poſſe fieri. Fugatum. In exiliū pulſum. Hæc uota. Scilicet ut uideam te grauiore cauſa fugatum. Sunt proxima. Sunt ſecunda. A meis primis. Poſt prima mea uota: q̄ ſunt ut primo reducar. Secūda ut tu exules.

Fortuna incerta

Inuidia pro odio

In Decimam Elegiam Enarratio.

O Tua ſi ſineres. Laudat amici fidē: faceturq; eius beneficio ſe uitā ducere ſimulq; gratias agit: Poſtremo dicit ſe libenter eius beneficia nota omnibus facturum fuiſſe: ſi ille ſuis ſcriptis nominari pateretur. Ferunt uetuſtatē. Sunt ad poſteros puentura. Seruato uate. Me Ouidio a te conſeruato. Quod ducimus auras. Quod uiuimus. Poſt magnos deos. Poſt Iouē: & Auguſtū. Vel deos appellat Auguſtū: & eius liberos. Accepto munere. Accepta uita. Perhorreret nr̄os caſus. Perhorreret ne mecum relegaret. Pars etiam credi. Quū etiam qdem nō ueri amici ſimularent timere: quum tamē nihil timent. Tuum eſt. Quia ſi nō uiueremus nō poſſemus eē memores. Plenius eſſe. Quā pcari ut dii cū cæſare tibi ſint amici.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Copula

Melium

Carceres

¶ Hæc:beneficia. Dura copula. Copula hic pro eo fune accipitur:quo canes a uenatoribus alligari ducuntur.uulgo Laſſum appellant:Ouidius in met. Copula detrahitur canibus. Cingulũ uero circum collum Melium appellat Varro in re ruſtica libro ſecundo cuius uerba hæc ſunt. Ne uulnerétur a beſtiis imponuntur his collaria:quæ uocantur Melium:ideſt cingulum circum collum ex corio firmo cum clauibus capitatis. Nondũ reſerati carceris. Nondum aperti termini:unde equi incipiunt currere:quem locũ hic licentia poetica in ſingulari protulit:quum numero multitudinis uſurpatũ legamus ut eſt autor Seruius. Vincta. Ligata. Non meminiſſe. Me non recordari tui. Lumen ſolare. Lucem ſolis.i.uitam. Legitur & lumen uitale hoc eſt lumẽ hoc quo uiuimus. Sic etiam Vergilius Vitales auras appellauit.

In Vndecimam Elegiam Enarratio.

VT ſumus in ponto. Tres annos ſe ægiſſe ſcribit poeta:eos tamen ſibi decẽ uideri:idq; loci aſperitate & difficultatibus quas deinde ſubiũgit. Ter frigore conſtitit. Ter frigore concreuit:quibus uerbis tertiam hiemem:hoc eſt tertium annũ deſignat. Ter eſt facta dura. Non modo per Iſtri glaciem tertium annum denotat: ſed etiam per glaciem maris Euxini:quod etiam nimio rigore congelaſcit:quod ideo accidit:quoniam põtus in lacus ſpeciem propemodum trãſit:eo ꝙ multi in eum fluuii effluunt. Dardana quot graio. Decem annos deſignat:quibus græci troiam oppugnarunt.

Cur euxinus congelaſcit

Solſtitium

